solis venit per fenestrā ⁊ incidit in terrā lumē a radio
solis diffundit in circuitu illius terre cui incidit radius
ita q̄ efficitur luminosa ita etiā circa stellas quibus in
cidit radius solis incircuitu celi diffundit lumen radio
rum ⁊ illuminat ptes orbis in circuitu illaꝝ stellaꝝ ⁊
illud lumen vocat galaxia qō fit ex lumine appropin
quante illis stellis:hec aūt positio videtur ponere q̄
terra sit maior sole ꝑm vulgi opinionē:qz aliter radicē
nō haberet:tunc eni vmbra terre eēt tendēs in altū ⁊
impediret quasdā stellas sibi oppositas a ꝓsecutione
radij solaris ⁊ quasdā nō ipediret. Dico aūt itez q̄
istud stare nō pōt:qz galaxia esset lumen diffusum in
loco vbi determinant radij solis ad quas stellas ptiū
orbis minus distātes q̄ sit dimidius orbis:tunc cū re
cedit sol de loco ad locū recedit etiā lumen diffusuz a
loco ad locū:ergo galaxia non staret:sed mutaret de
loco ad locū:⁊ hoc nō videmus cū ipsa sit semp super
sagittariū ⁊ circa ptē geminoꝝ ⁊ intersecet zodiacum.
Adhuc aūt signatio fit de falsitate ꝑmonis illi⁹:id qō
probat in scia astronomica de mēsura quātitatis solis
⁊ terre:qz pbatū ē q̄ sol ē maior terra:sic ⁊ alie stelle
etiā ꝓter lunā ⁊ mercuriū maiores sunt q̄ terra. Sed
cū ita sit q̄ luminare maius opponit corpori minori
opaco radij luminaris intersecāt se post vmbrā opacī
illumināt totū quicqd ē post vmbrā qz min⁹ ē opacuz
quātū luminosuz tēdit in acutū. Comptuz est aūt pra
tiones geometricas q̄ vmbra terre nō ponitur nisi
vsqz ad speram mercurij ita q̄ stella mercurij ē extra
vmbrā terre q̄ radius solis ꝓsequit oēs stellas q̄ sunt
i spera mercurij ⁊ supra:nō q̄ retrahit a quibusdā nec
in loco vbi incidit diffundit lumen qō sit galaxia.

Capitulum quartum de dicto eoꝝ qui dixerunt ga
laxiā esse reflexum lumen ab aere ad speram stellatā.

Uerunt aūt alij qui dixerūt q̄ galaxia est lu
f men qō reddit orbi stellato reflexū i ipm ab
aere humido qui est sub ipso:⁊ huius simile
ponūt in speculo:qz sic nos videmus q̄ facies illumina
ta imprimit speculo opposito:⁊ pp hoc q̄ speculū ē ter
suz ⁊ politū reflectit i facie aspicientis ⁊ ita lumē stella
rū orbis imprimit aeri hūido q̄ ē sub ipo:qz corp⁹ hūidū
reflectere hz formas sibi impressas:ō aer ille redit lu/
men stellaꝝ orbi stellato:sic apparet cū radius incidit
i vas cū aqua:tūc eni stat reflectit ex opposito i pariē
⁊ eandē dicūt eē cām stelle q̄ dicit cometes. Dico aūt
q̄ iste ꝑmo istoꝝ ē error:qz nos videm⁹ q̄ oē lumē re
percussuz siue a speculo vl̄ a superficie corporis hūidi sup
qō incidit radi⁹ corporis lūinosi sp repcutit ad oppositū
situ corporis lūinosi a q̄ incidit radi⁹ sic apparet i radio
incidēte i vas aq̄. Repcutit.n.ad oppositū radi⁹ solaris
⁊ ēt repcussū mouet ō loco ad locū ex duplici cā. Si
eni corp⁹ reflectēs ipm moueat tūc lumē repcussū mo
uet icerto motu ꝑz motū superficiei speculi vel aq̄ que
repcutit lumē. Si āt superficies corporis reflectētis radiū
incidēte recedat:tūc adhuc repcussuz mouet ad motū
lūinosi corporis a q̄ incidit radius eo q̄ sp ē ex opposito
ei⁹:q̄ si galaxia tale lumē ē tūc ad motū aeris reflecē
tis oz moueri ⁊ ēt ad motū stellaꝝ q̄bus incidit lumen
prio vt sit sp ex opposito ipoꝝ reflexionū ab aere:⁊ h̄
nō videm⁹: qz galaxiā videm⁹ i vno loco sp ēt sia cē
tenis locis aspiciam⁹ eā siue videam⁹ eā i nocte siue i
die:qñ ꝓtingit nos eā videre.s.i mane in vespe qz ipa
nūq; recedit de loco suo.

Capituluz quintum de galaxia ꝑm veritatem.

Ex premissis autem declaratuz est:q̄ galaxia
e non est de motu stellarum mobilium que pla
nete dicuntur:que ibi cōbusserunt orbem vel
in quibus

in quibus diffundit sol lumen suum vbi retraxit hoc ab alijs stellis: ⁊ declaratum est etiam ꝙ non est lumē reflexum sicut dixit vltima opinio. Dicamus nunc quid est galaxia ſm veritatem. Nihil aliud autem est galaxia nisi multe stelle parue quasi contigue in illo loco orbis in quibus diffinitur lumen solis: ⁊ ideo videtur circulus albescens quasi fumus ignis autem qui ẽ iuxta orbē ⁊ de natura lucidi non lucet: ⁊ ideo est pspicuus ⁊ est inflammatus hoc est vstiuus: ⁊ ideo cuz sit rarus perspicuus non impedit visus nostros a conse/cutione luminis illius: quia clare venit per ignez sicut etiam immutatio facta ab alijs stellis. Sunt etiã inter eas quedam magne stelle intermixte que distincte vi/dentur vnde cum lumen illarum stellaꝝ cum lumine in eis diffuso procedit ex illo loco orbis inflammato ⁊ ignito sine obstaculo videtur lumen oblongū. Dicitur autem orbis inflammatus ⁊ ignitus non essentialiter sed ab effectu qui inflammat ⁊ ignit: ille etiã stelle fixe sunt in orbe: ita ꝙ quedam tangunt alias ⁊ suſci/piunt splendorem a sole ⁊ insuper lumen earum in se diffunditur ⁊ ab vna ad alteram diffusum cõtinuatur: ⁊ hec est causa ꝙ galaxia videt ī loco vno orbis octaui non recedens ab eo: precipue quia in eisdem imagi/nibus semper videtur: venit enim a partibus gemino/rum ⁊ regirat per principium sagittarij in geminos vnde licet mutet spacium sicut ⁊ cetere stelle fixe non tamen mutat imagines radiacioſe autem galaxie simile est stellis comatis in hoc: quia cum generantur in suis locis lumen ignis sepat ⁊ diuaricat lumen eaꝝ sicut fit de lumine galaxie: quia sicut lumen galaxie diffusum lumen est in orbe vbi sunt stelle fixe spisse: ita lumen ignis in vapore ignito diuaricatur ⁊ oblongum efficit ⁊ ꝫ seperat lumen solis abscondẽdo a visibus nostris sicut abscondit galaxiam.

Capitulum sextum ⁊ est digressio declarans esse galaxie ſm figuram ⁊ locum ⁊ causas eius.

a Ltende autem hic ꝙ sicut dicit ptolemeus in almagesti libro. viij. c. ij. circulus qui dicit galaxia est duplex circulus ⁊ est vnus quasi inter alium: ⁊ ille qui est inter continuus videtur inci/piens a pedibus geminoꝝ ⁊ regirans in geminos per principium sagittarij: ⁊ alter est supra illum nõ vbiq; coniunctus est ei: sed in aliquibus partibus cõiunctus est ⁊ in aliquibus disiunctus ab eo: ⁊ itez ille exterior circulus non videtur omnino continuus a puncto aliquo in punctum idem: sed in multis locis videtur quasi intersectus. Et si queritur que sit eius causa efficiẽs ⁊ que materialis sicut subm. dicendum ꝙ causa eius efficiens in parte sunt stelle multe parue que sunt ī illo loco orbis: ⁊ habent insertas magnas quasdam distinctas ⁊ ille diffundit lumen suum super spacium in illa parte orbis: ⁊ alia pars cause efficientis est: cū radius solis incidens stellis illis quasi contiguis causa autem materialis que est subm est pars illa orbis que spissior est alia parte orbis ⁊ ideo retinens ⁊ representans lumen solis ⁊ stellaꝝ: ⁊ terminans visum per eundem modum quo stelle retinent lumen ⁊ representant ⁊ visum terminant. Et huius signum ẽ qõ ꝓpertuz est probatione astronomica ꝙ circulus galaxie mouetur motu stellaꝝ fixaruz hoc autẽ in centũ annis gradu vno Cuius autem est motus stellaꝝ fixaꝝ: oportet ꝙ sit ꝺ natura stellaꝝ ⁊ hec est sententia ptolomei ⁊ auicẽne ⁊ aliorum phoꝝ ⁊ etiam. Aristo. Sunt autem quidã moderni paꝝ veritatis ꝓsiderãtes qui dicunt galaxiã esse concursum duoꝝ luminũ. s. stellaꝝ paruaꝝ spissarum desuperueniente ignis in spera sua lucentis ⁊ ꝓiicientis lumen sursum: ⁊ concursum duoꝝ luminum in medio vel in supremo esse galaxiam vtentes ratione nulla nisi qz Aristo. videtur dicere ꝙ ignis qui est sublimioz est inflammatus lucidus: ⁊ orbis est inflammatus lucidus: ⁊ ideo dicunt concurrere istas duas flammas ad constituendum galaxiam: hoc autem esse non potest quia etiam si diceretur ignis in sua spera habere lucem constat ꝙ illa multo minor est ꝙ̃ lux stellarum minima aũt lux obuians magne luci obfuscat ⁊ absumitur sicut apparet in candela obuiante lumini solis ergo secum non concurrit ad constituendũ lumen aliquod maius. Adhuc aũt sicut dicit. Alexã. plurimiq; phi ignis in sua spera non lucet: vnde algazel in phisica sua vbi loquit de impressionibus in alto ponẽs verba. Auicẽne sic dicit: ignis non est nisi vna tunica ignita: nec habet lumeꝝ sicut nec aer: sed est subtilioz eo. Si enim haberet lumen prohiberet videri stellas in nocte ⁊ faceret lumen super terram sicut ignes accẽsi: qõ etiam videtur ex hoc ꝙ omne lucens tegit corpora que sunt post se: siue sit lucens calescens celeste sic stella siue sit ignis sicut flamma ignis autem in sua spera non tegit nobis celestia corpora ergo nõ lucet. Adhuc autem qz sicut dicit Auicẽna non lucet aliud nisi spissum vnde aer propter sui raritatem licet in se hẽat lumen non tamen lucet ita ꝙ illuminet ⁊ terminet visũ sicut facit lucens' ergo multo minus lucet ⁊ visum terminat ignis in sua spera qui multo est rarioz. Adhuc autem nos ratione deprehendimus lumen esse in aere ante oculos nostros: ⁊ tamen aer non lucet nobis pp sui raritatẽ: sicut fit cum sol occidit nuper ad quantitatem vnius signi a nobis: tunc enim radij solis adhuc sunt in nostro emisperio per quinq; signa: ⁊ tamen nõ videmus: nec tenebre nostre illuminant eo ꝙ aer est tantum via lucis ⁊ non continens ipsam ⁊ reflectens: cum ergo sit multo rarioz ignis nihil continebit lucis: nec reflectet. Adhuc autem orbes non in locis stellaꝝ magis sunt de natura lucis ꝙ̃ ignis ⁊ non continẽt lucem: ergo nec ignis. Adhuc in inferioribus nos videmus ignem non lucere nisi in materia aliena. s. in carbone vel in flãma que ẽ fumus prius ardens eo ꝙ illa materia spissa est ⁊ colligit oꝝaphani partes multas: quia lucens nihil aliud est vt dicit. Auicẽna nisi ꝓtes transparentes spisse sibi coherentes ⁊ continue sicut apparet in cristallo: vnde etiaz in illa parte flãme que tangit licinũ candele eo ꝙ calidioz est ⁊ rarioz non inuenitur lux ⁊ est transparẽs: illa vero pars flãme que a licinio remouet ⁊ spissatur frigido aere circũstante ibi est lux ⁊ illa tegit corpora que sunt post eã ⁊ nõ est quia transparens: ex oĩbus aũt his ꝓstat ꝙ cũ ignis in sua spera rarissimus sit ⁊ tante raritatis ꝙ nõ põt esse maioz in materia elemẽtali ꝓpter qõ dicit ignis subtilissimũ corpoꝝ spẽ ab Aristo ꝙ ignis in sua spera nõ lucet: ⁊ signũ huius ad sensum in astronomia acceptũ est: si enim luceret tũc dispargeret vmbrã terre ⁊ ipediret qõ non veniret ad orbẽ lune cũ ergo nulla sit cã eclypsis lune: nisi ꝙ luna trãsit ꝙ vmbrã terre ꝓfundius vel altius ꝓtigeret ꝙ luna nũq; posz eclypsari qõ falsum est: ergo ignis ī sua spa non lucet: ⁊ ideo dicit Alexan. ꝙ accidit igni lucere egrediẽti extra prioriũ locum sicut etiam accidit aque congelari. Quod autem Aristo. dicit non cogit quia in eodem simile quid dicit de orbe qui tamen non ignitur nec inflammatur nisi actiue: quia est igneus ⁊ inflammans. Unde

euz dicit de igne quod est lucidus inflammatus debet intelligi q̄ est de natura lucidi ꝛ inflammati licet fm actū non luceat: quia omne quod est transparens ē de natura lucidi: quia si contingat cōstare ꝛ inspissari partes eius tunc lucet plus ꝛ minus fm quod est magis de natura transpentis ꝛ minus ꝛ ideo partes ignis cō stantes lucent vt in carbone ꝛ carbūculo ꝛ partes aeris ꝛ aque constantes lucent minus sicut in cristallo ꝛ ꝛ beryllo. Ex dictis patet q̄ vera est sententia posita supra de galaxia: ꝛ falsa est opinio que postea inducta est. Sunt autem adhuc quidam qui dicunt galaxiam non esse in orbe stellarum fixaruz nec in aliquo orbiū sicut in subiecto: viles afferentes ratiunculas: dicunt enī q̄ corpus omnino ꝛ vniuersaliter actum non est in aliqua parte passibile orbis autem non est huius corpus vnde non est corpus passibile. Quod autez a nullo est passibile a nullo est alicuī forme vel impressionis susceptibile ergo non recipit lumē ab aliquo quod est galaxia. Ad idem arguunt ex hoc q̄ est inalterabile corpus ergo non alteratur lumine quod est galaxia: vnde etiam determinatum est supra q̄ non respicit impressiones peregrinas. Ex his ꝛ similibus dicūt q̄ lumen istud est in igne vt in subiecto cum enī aer habet multas impressiones oportet q̄ ignis habet aliquam quia aliter esset imperfectum opus nature vt dicunt: sed qui talia dicunt non satis attendunt q̄ luna que de natura corporis celestis est continue alteratur lumine ꝛ tenebra. Adhuc autem si Aristo. veruz dicit: omnis stella lumen recipit a sole: q̄ autem recipit lumen alteratur lumine accepto: ergo omnes stelle susceptibiles sunt alterationis talis. Adhuc autem constat q̄ nos videmus omnes stellas superiores ꝛ inferiores ergo necesse est q̄ aliud sit formas earuz deferens vsq; ad nos supponendo suppositū Arist. ſ. q̄ videmus intus suscipiētes: ꝛ nihil extra mittentes: ergo necesse est q̄ forma stellarum superiozum imprimatur ꝛ recipiatur in orbibus inferioribus: ꝛ quia voluuntur orbes inferiores necesse est vt etiam hec forma corrumpatur in ipsis: quia non generantur in eis nisi q̄ vbi directe stelle superiozum opponuntur: ergo forma stelle superioris est in orbibus inferioribus sicut in fieri ꝛ corrūpi: ergo generatur in eis aliquid ꝛ corrumpitur in eis aliquid: ergo alterantur: ꝛ ad hoc dicimus q̄ lumen sicut diximus est intentio forme corporis luminosi in perspicuo fm esse spirituale generata: quia si intentiones visibilium colorum actu lucidi abstrahuntur oportet q̄ lumen sit abstractum ab esse materiali per seipsum: ꝛ ideo vere nō alterat: ꝛ ideo non sequitur si corpus aliquod susceptiuuz est luminis q̄ propter hoc sit passibile vel alterabile. Suscipit autez orbis lumē dupliciter. ſ. vt medium deferens ꝛ vt vas lucis ꝛ luminis: ꝛ quia in profundo suscipit lumen ꝛ primo quidē modo suscipit orbis lumē in parte in qua non lucet secundo autem modo recipit lumen in stellis ꝛ in loco galaxie: ꝛ per hoc patet solutio ad omnia que isti obiciunt nec opus nature propter hoc imperfectum est: quia istud non est de perfectione ignis quod generentur impressiones in eo nec est possibile q̄ forme generate in eo remaneant cum sit nature consumptiue ꝛ vstiue ꝛ conuertat in suam speciem omne quod appropinquauerit ei precipue in loco in quo vincit semper caliditas sua sicut facit in sua spera vt supra dictuz est.

Tractatus tertius de comete.

Capitulum primum de erroze eorum qui dixerunt cometem esse coniunctionem plurium stellarum.

I Oquamur autem nunc de cometis siue de stellis habentib⁹ comas ꝛ quale est esse earum quantum ad efficientem ꝛ formam ꝛ differentias in speciebus ꝛ figuris earum. Dixerunt autem quidā phisicorum qui fuerunt a natura deuij: ꝛ sicut dicit seneca in libro de naturalib⁹ questionib⁹ appollonius etiam fuit de illa sententia q̄ stelle habentes comas sunt stelle multe aggregate in orbibus inferioribus que sunt mobiles sicut planete ꝛ non sunt fixe sicut stelle octaue spere. Contingit autem omnem planetam omni planete coniungi dupliciter: scilicet vere ꝛ nō vere: vere q̄dē qñ vnus eclipsat aliū: ꝛ tūc videtur inferior ꝛ non superior. Non vere autez adhuc dupliciter: scilicet q̄ sint in eadez parte arcus meridiei licet se non contingāt nec eclypsent: ꝛ hoc vocat in eodem esse meridionali sed non in eodem esse circulo altitudinis. Dicitur autem arcus meridiei arcus ille qui a polo septentrionali incipit ꝛ directe vadit super cenith capitis aspiciens per equinoctialem ꝛ regirat per polum meridionalem: circulus autem altitudinis vocatur qui venit imaginabiliter de puncto orientis per stellam que aspicitur ꝛ regirat per occidentem: vnde sepe contingit q̄ duo planete iacent in eadem linea sitque arcu meridiei non tamen iacent super eundem arcū circuli altitudinis: quia forte vnus planetarum est magis versus aquilonem ꝛ alter magis versus meridiez ꝛ tunc dicuntur coniuncti quo ad lineam meridiei: ſz non vere eo q̄ non sunt in vna linea eiusdem circuli altitudinis: quandoq; autem per motum suum ita proprie sunt in linea meridiei q̄ corpora eorum tangunt se in puncto vel ita propzie se tangunt q̄ per visum non potest percipi vtrum aliquid de arcu meridiei sit inter corp⁹ vni⁹ ꝛ corp⁹ alterius: ꝛ tūc ſz vnus sit sub alio tamen visus accipit eos sicut vnam stellam ex duabus vel tribus factam: ꝛ hoc isti dicebant esse cometem: ꝛ causa deceptionis fuit: quia hoc absq; dubio cometi simile est: cum enim sic congregantur due vel plures stelle planete: videlicet aspiciens ad eas lumen oblongum ꝛ continuum sicut coma hec ergo est opinio dictorum phisicorum in esse comete.

Cap. ij. de opinione eorum qui dixerunt cometē esse vaporem adherentem planete: sicut sol in mane cernitur cum colore vaporis.

Uidā autē ytalicorū philosophorū pythaq gorici dixerunt q̄ stella cometa non est nisi vna stella ꝛ nō multe simul congregate: licet non intelligant per vnam stellam vnam tm̄ in nūero q̄ semp sit comata: quia successiue fm istos multe comete possunt esse hic autē comata est de mobilib⁹ hoc est de planetis vnus q̄ apparet aliqñ comatus qñ enī oritur est parua: qz pax cōprehēdit de ea visus cuz accipit orizontē emisperij habitabilis nostre propter spissitudinem vaporis: quia continue est iuxta terram inter nostrū visum ꝛ stellam que oriri incipit cum autez ita aliquātū spaciū ascēdit supra orizontē subtiliat vapor: ꝛ tūc visus accipit stellā in vapore: ꝛ aliqñ est vapor diuaricatus sicut lōgi pili: ꝛ in illo resplēdet planeta: ꝛ illa diuaricatio vaporis videbit esse coma sua ꝛ mutat stella in colore suo fz mutationē illius vaporis qz in vapore puro videbit coma alba: ꝛ in hūido apparet rubea ꝛ si sit aquosum multū qō ē inī nos ꝛ stella apparebit coma ruinosa vel viridis: ꝛ si sint nubes terrestres apparet coma nigra: ſz h̄ est q̄ cā vt dīt pythagorici quare aliqñ stella comata apparet.

Cap. iij.

Cap.iij. de opinione eorum qui dixerunt q come/te stelle ẽ ipressio stelle in aere hũido sicut in speculo.

Dixerũt autẽ alĩ quidã iuxta hunc sermonem de comete quo ad materiã: q dixerũt q eẽt impressio in vapore humido lz differant ab istis quo ad locũ istius vaporis ꝛ sunt imitatores hy/pocritis chori: q̃ hypocres chois fuit: ꝛ discipuli fue/rũt nichyus ꝛ paulus: isti enĩ dixerunt q lz sit vna de stellis erraticis q̃ comata videt cũ coma nõ est de eẽ tia eius. Sz potius qñ vna q̃nq; stellaꝝ erraticaꝝ mo uetur in diuersitate orbis ſui. ſ. modo ascendendo ab oriente: modo aũt descẽdẽdo in occidẽs signũ: ꝛ mo/do habẽs latitudinẽ citra equinoctialẽ ad septẽtrionẽ: modo aũt dilata p̃ oppositũ in meridie vltra equino/ctialẽ: tũc aliquãdo visus noster videt eã ac si haberet comã lucidã q̃ ideo fit: q humido aere ꝛ puro q̃ est in regiõe superiori aeris hec stella imprimit lumẽ suũ sicut speculo ꝛ aer qui primo recipit lumen reddit il/lud aeri humido ꝓtinuo sibi sicut speculũ reddit for/mã quã recipit ꝛ sic fit ꝓtinua redditio ad aerẽ ꝓtinuũ donec apparet lumẽ oblongũ circa stellã ꝛ hec vocat coma stelle: aer aũt humidus ab eis vocat vapor hu/midus subtilis substãtie ꝛ lucidus quẽ dicũt ad supe/riora aeris trahi per viz solis q̃ ſm phisicos egyptios trahit humorẽ illũ in nutrimẽtũ sui ꝛ alioꝝ planetarũ etiã vltra sperã ignis. Stella aũt ista ſm istos nõ vide tur in septẽtrione vbi omnis stella maiorẽ partẽ arcus sui habet super terrã q̃ sub terra ꝓpter obliquitatẽ ori zontis: ꝛ ideo sol in signis septẽtrionalẽ diẽ addit sup noctẽ in quãtitate: ꝛ ideo dicũt stellã istã morari tẽpo/re longiore sup terrã q̃ aliã: hic autẽ quidã aliter ex/ponũt. ſ. q vapor ille humidus qui ad nutrimentũ at/trahit diminutius manet stans circa stellã nõ consum/ptus: ꝛ ideo videt cuz ipsa rotari diutius: huiusmodi autẽ dicti sui dant rationẽ: quia in occidẽte in loco vbi cõplementũ est revolutiõis stelle super emisperiũ ibiẽ humor ꝛ habundat ꝓpter frigus ꝛ vapores: ꝛ ibi co/mata frequenter videtur. Adhuc addunt q̃ in tempo re septẽtrionis vbi habundat humor ꝓpter frigus: ꝛ in tpe meridiei vbi habundat humor quẽ attrahũt pla nete transeũtes sup partes illas sepius videt stella co/mata: ꝛ cum sit in aere stella vbi non est humor septen trionis meridiei non videtur habere comã. Sz hoc q̃ uis aliquãdo fiat in vltimo circulo versus meridiẽ si/cut in circulo paruo quẽ describit motus poli radiacũ versus meridiẽ ibi tamen nõ apparet nobis ꝓpter ni/miã suã remotionẽ a visib⁹ nostris. Sed quãdo est ex parte septentrionis super nostrã habitabilẽ: tũc coma eius apparet nobis: q̃ tunc visus nostri capitũ eã ca/ptione sufficiente ꝓpter ꝓpinquitatẽ ꝛ directionẽ quã habet ad summitates capitũ nostrorũ. Ne ergo sũt opi niones quas inuenit de comete posuisse Aristo.

Cap.iiij. ꝛ est digressio ad ponẽdas opiniones sene ce ꝛ iohannis damasceni ꝛ quorũdam modernorum de comete.

Unt aũt adhuc quedã false opiniones quas Aristo. non curauit ponere quas ponemus nos hic vt simul destruant. Dicit enĩ iohan/nes damascenus in libro secundo. c. vij. Constituuntur autem ꝛ multotiens comete signa quidem significãtia mortes regũ: que nõ sunt ex his que a principio geni/ta sunt astra: sed diuina visione ſm istud idẽ tẽpus cõ/stituuntur ꝛ rursus dissoluuntur. Seneca aũt in libro naturaliũ questionũ ita de comete ſm suã opinionẽ de terminat dicens: cometes eẽ sydus inter opera nature concretum: cuius licet natura ignorẽtur tamen ipsum non esse ignẽ subitaneũ sic probat quecũq; enĩ aer cre at breuia sunt: quomodo ergo cometes potest in aere diu permanere cum ipse aer diu non permaneat: nascũ tur hi in aere fugati atq; mobili fieriq; non potest vt ignis vagus in corpore incerto sedeat: ꝛ tam pertina/citer inhereat: ꝛ postea subiungit ibidem cometes ha/bet suam sedem: ꝛ ideo nõ cito expellitur sed emittit spacium suum: nec extinguitur sed recidit. Sunt autẽ quidam modernorum doctorum qui dicunt q come/tes est impressio alicuius quinq; stellarum erraticaruz non enim in igne tantum: nec in aere tantum: sed poti/us in termino coniunctionis ꝛ ignis ꝛ aeris vbi vide licet conuexum aeris permiscetur cum concauo ignis: ibi enim sunt quedã linee aeris obscuri: ꝛ quedã linee ignis vbi dicunt luminosi: quibus in lumine addit de/monstrationẽ: lumen descendens ab vno quinq; plane tarum: ꝛ ideo videtur sibi coma fieri ex lineis lumino sis ꝛ obscuris sibi inuicem permixtis. Habent autẽ isti rationes pro se quattuor quas breuiter tangam plus media q̃ rationes ponens. Dicũt enĩ isti inconueniẽs videri si stelle fixe sint cause alicuius impressionis: ꝛ planete nullius: cuz planetas constet multo fortiores esse in mouendis inferioribus q̃ stellas fixas. Si sunt ergo cause impressionis alicuius per inductionem: p/bant q̃ non competit eis impressio nisi stelle comate. Secunda autem est: quia cometes aut generatur phi/sico modo: aut ex vapore terrestri sicco. Si autem ge neratur ex vapore terrestri sicco: aut ille vapor est vni formis aut nõ vniformis. Si est vniformis aut simul eleuatur: aut successiue non simul: si simul eleuatur: er go etiam simul inflammatur ꝛ illuminatur: ergo appa rebit in forma rotunda sicut assub: vt patebit infrius: ꝛ ita non videbitur oblonga forma comete. Si autez non simul eleuatur tunc erit longus ꝛ inflãmatus stãs erectus in aere ergo videtur sicut lancea vel ignis per pendicularis. Si autem non est vniformis aut simul eleuatur: aut non simul. Si simul eleuatur tunc prima pars subtilis eleuabitur ꝛ euacuetur ꝛ inflammabitur ꝛ inferior propter sui grossiciez dilatabitur ꝛ ita vide bit ppẽdicularis subtus dilatata: ꝛ sic iterum non erit in figura comete. Si autem non simul eleuatur: ergo pars subtilis eleuatur siue grossa: ergo etiaz inflamma tur sine ea: ergo grossa nunq̃ sequitur subtilem: ergo figura ignis illius nunq̃ erit oblonga propter gros/sam partem inflammatam ꝛ subtili coniunctam: ꝛ sic iterum figuraz comete non habebit. Tertia ratio est quia si sic de vapore terrestri inflammato videtur simi le in loco contingere debere quod contingit in assub: scilicet q̃ descendit statim ascendat: ꝛ hoc non vide/mus: quia sepe diu circũuoluitur: ergo non est de va/pore terrestri inflammato. Quarta ratio est nullus va por terrestris inflammatus qui simul ascendit ad estuz et descendit ad terram secundario apparet oriri in ae/re: quia vel consumitur in estu in quo vincit ignis: vt supra dictum est: vel grauatur frigore ꝛ deprimitur in terra: cometes autem apparet multotiens oriri in aere ergo nõ est ex vapore terrestri inflammato in estu vel sub estu. Iste ergo sunt opiniones de comete quas non tangit Aristo.

Capitulum quintum ꝛ est digressio ponens sententias phisicorum Auicenne: algazelis: ptolomei: ꝛ alio rum multorum veras de comete: qui omnes concor/dant in idem.

b Is omnibus falsitatibus exclusis sicut infra ostendemus improbatiões earū. Dabimus sentētiā verā de comete ⁊ confirmabimus ipsā auctoritate multoꝝ philosophoꝝ: ⁊ etiā p rationes quas ipsi philosophi pro se inducūt. Dico ergo q̄ cometes nihil aliud est q̄ vapor terrestris grossus: cui⁹ partes sibi multū cōiacēt paulatim ascēdēs ab inferiori parte estus ad superiorē ptē eiusdē vbi cōcauitatē ignis contingit: ⁊ ibi diffusus est ⁊ inflāmatus: ⁊ ideo videt longus frequēter ⁊ diffusus. Dico autez vapor terrestris vt habeat materia vaporis: ⁊ dico grossus: qz si esset subtilis cito euaporaret ⁊ dissiparet: ⁊ dico cuius partes cōiacent qz est bene cōmixtus viscosus hoc mō q̄ talis vapor nō fm actuz humidus ⁊ viscosus cōponi pōt. Dicit ⁊ paulatim ascēdere: qz in vaporib⁹ pluuialibus imixte sunt quedā partes ignite terrestres: que cū pluuia nō oēs descēdūt: ⁊ ille q̄ descendūt itez ad humorē pluuie solute vt plurimū reascendunt ⁊ vltra spaciū mediū frigide regionis aeris euadūt ꝓpter suū actuz ⁊ ibi stant: ⁊ multiplicant ⁊ ex illo multiplicato quasi ex quodā thesauro paulatim ꝓpter calorē regionis que dicit estus ascendūt: qz multā habēt ꝓstantiaz in partib⁹: primo caloze ignis diffundit: ⁊ postea inflāmat: ⁊ sic in medio manet semp spissus vbi mutat de thesauro suo q̄ est sub eo: ⁊ ideo est in flāma alba valde ⁊ spissa: id aūt quod distat ab illo diffusum ad latera tenue est: ⁊ hz flāmā tenuē ad modū nubis albe: ⁊ hec vocat coma: durat autē p totū tēpus quo sicut ad ipz euaporat suus thesaurus: hec aūt sṅia ꝓstātini philosophi est q̄ dicit in greco cōmētatus esse sup libruz. methauroꝝ Aristo. vbi loquit de comete. Qō autē ita sit testant illustres philosophi Auicēna ⁊ algazel: dicit enī Auicēna sic stella que dicit caudata fit ex fumo spisso ignito q̄ qz cito conuertit aliquādiu circūuoluit cū igne. Algazel autem in sua phisica dicit sic. Si ignis preualuerit sup fumū eleuatū purgabit eū a caligine: ⁊ tūc fum⁹ totus cōuertit in ignē: nec pōt esse q̄n fiat ibi vnū duoꝝ: vel ignit vel fiet purus ignis: eo qō nō est ibi frigiditas: sed si fuerit spissus ignit q̄dē: sz qz nō est talis q̄ cito ꝓuertat remanebit sic aliq̄ diu ⁊ videbit stella caudata: que qz reuoluit cū celo: eo q̄ partes ignis ꝓtinue sint cū concauitatib⁹ celi: ideo reuoluitur ꝓpter ꝓportiū eius. Ex his patet de comete que dixim⁹ prius: ⁊ ideo dicit algazel q̄ materia vaporis grossi reuoluta cū celo triplex apparet. Aliquādo enī est flāma vt iā dictū est. Aliqñ aūt grossa nigra ⁊ tunc ignit sicut carbo ⁊ ille videt cometes rubeus. Aliquādo autez cū eo ignis extinguit ꝓpter nimiā materie grossiciē ⁊ remanet fumosuz ⁊ tūc apparet sicut carbo niger ⁊ extinctus: ⁊ ideo est q̄ formamina nigra in celo vident qō a vulgo vocat celi pforatio. Alphraganus autē in astronomia sua etiā p hoc ꝓbat ignem in circuitu moueri ex hoc q̄ vapor incēsus adherēs ei subtus rotat in circuitu sic dicēs: deriuatio motus circularis est a celo preter motus naturales: ⁊ hoc ideo: qz videmus in elemēto ignis motū circularē similē motui celi in eo qō apparet de similibus: preter motus naturales stellarū q̄ vident in quibusdā horis vapoꝝ incēsoruz in aere in loco superiori in crepusculo vesptino ita q̄ vidēs credat q̄ sint stelle: ⁊ viderāt eas motas cū motu stellaꝝ ⁊ sequētes ipsas quousq̄ absc̄dant: ex hoc accipit q̄ sunt similes stellis: ⁊ nō stelle: ⁊ sunt in aere vaporis ignit. Idē innuit. Ptholomeus in cētilogiuz suū ꝓpositiōe tertia vbi dicit q̄ iudiciū tertiū est a secūdis stellis sup qō dicūt tres cōmentatores. s. Haly ⁊ Abraham ⁊ Bugafor⁹: q̄ secunde stelle sunt effectus stellarū in vapore ignito ⁊ eleuato sicut in comete ⁊ assub: ⁊ huiusmodi: hoc etiā innuit albumazar in libro de coniunctionibus planetaꝝ libro. vij. differentia prima vbi tangit qualitatē sciētie generationis inferioꝝ diuiduorum superiorū super accidentia inferiora: ⁊ dicit q̄ vna pars significationis illius est super methora superiora sicut ignis ⁊ assub: ⁊ habentes comas ⁊ cuz hoc ex vna materia ponit generari ex fortitudine solius martis sine omni alia stella. Patet ergo q̄ ista sententia quā diximus est omniū meliorū philosophorū. Ratio etiā huic sententie suffragat quia constat q̄ flamma non est nisi fumus accensus: est autem cometes flamma quedaz: vt apparet in visu ergo fumus est accensus. Adhuc omnis alia impressio que est luminosa distinctum per se habens lumen est ex vapore incenso ergo ⁊ ista: preterea si interrogemus a doctoribus nostris modernis: ex quo cometes est lumen accensum ab aliquo quinq̄ planetarum ad terminum ignis ⁊ aeris cum semper super huiusmodi terminum vbi mixtus est aer cum igne moueantur planete: quare non semper apparent comete. Item q̄ quare non apparent plures comete simul: cum plures planete super talem aeris ⁊ ignis cōmixtionem oriantur simul. Adhuc autē quare diuersa forma videt in cometis: quia vt dicit Seneca: quandoq̄ circuitus est dirigens comam sursum: quandoq̄ proijciens eā deorsum: quandoq̄ autem ad latera: videtur q̄ non habeant quid rationabiliter valeant respondere. Adhuc autem si ab aliqua quinq̄ stellarum erraticarum semper nascitur cometes tunc nunq̄ extra viā planetaꝝ videri debet. Via autem planetarum est in zodiaco vel parum valde extra: ergo semper videtur in zodiaco vel prope: ⁊ tamen hoc falsum est cum. Aristo. dicat q̄ nos videmus cometes in septentrione ⁊ meridie ⁊ in omni parte celi. Ego autem cum multis alīs anno ab incarnatione domini. M.cc.xl. in saxonia vidi cometem qui si iuxta polum septentrionalem ⁊ proiecit radios suos inter orientē ⁊ meridiez magis dirigendo eos ad orientem constat q̄ ibi non fuit via alicuius planete: sed qz etiam alie tres opiniones quas Aristo. tangit dicunt cometem a.v. planetis generari: ideo communiter ista opinio cum illis quo ad hoc accipiet improbationez.

Cap. vj. ⁊ est digressio improbans opinionem Senece ⁊ Johannis damasceni.

Quod autem dictum Senece sit error patet: q quia q̄ euanescit non occidens: sed in emisperio illud corrumpitur non impiens spacium motus per emisperium. Cometes autem ita euanescit coram visibus hominum: ergo extinguitur ⁊ non recedit. Quod autem euanescat coram visibus hominum probatur a duobus experimentis que ipse Seneca in libro questionum scripsit sic dicens. Post mortez Democriti regis siue paulo ante bellum achaicum cometes fulsit non minor sole: primo igneus: ac rubicūdus clarumq̄ lumen emittens: deinde paulatim magnitudo ei⁹ ⁊ claritas euanuit: nouissime tot⁹ intercidit. Ex h̄ g̃ ꝓstat qō dictū ē. Scōz idē ibidē scripsit sic dicēs: Athala regnāte i grecia cometes modic⁹ apparuit: deinde effudit se: ⁊ vsq̄ i eq̄noctialē circulū venit: ita vt illā plagā celi cui lactea nomen est in vniuersum ⁊ in imēsū extēsus eq̄ret ⁊ in istāti ibidē desijt. Johānis damasceni opinio q̄ de⁹ stellā nouā faciat nō ē ꝓbabilis: qz nō eēt rō: q̄re faceret illā in diuersis figuris ⁊ colorib⁹: videtur autem cometes in diuersis figuris ⁊ coloribus:

Bibl. Jag

tolozibus: ergo non est in operatione dei tantum. Quod autē habeat diuersas figuras patet ex verbis Senece sic dicentis: forma comete non est vna: plures enim fuerunt cometarum quibus in morem barbe flāme dependent: ⁊ eorum qui vndiq; quasi circa se flāmā spargunt: ⁊ eorum quib⁹ fumus ignis est: sed in verticem tendens: cū omnes eiusdem nature sunt: cometeq; dicunt recte quarum cū post longū tempus appareant forme: eas inter se cōparare difficile est: qz cū apparent sed vt cuiq; acutior est acies aut ebetatior ita aūt aut lucidiorem aut rubicūdiorez vel obscuriorem esse: cum igitur hec varietas forme sit propter aliquaz preiacentez materiaz ex qua operat natura: constat cometez non tunc opere diuino tm̄ factaz. Sic ergo constat de tribus questionibus Senece Joānis damasceni ⁊ doctorū quorūdaz nostri tēporis q; sunt falsi: ⁊ habitū est que sit vera ⁊c̄.

Capitulum septimum: ⁊ est digressio ad improbandam opinionem primam quam improbat Aristoteles.

q Uod autem dixerūt Anaxago. ⁊ Democritus ⁊ post eos Appollonius: q; cometes est stelle erratice multe congregate quatuor rationibus improbat Seneca: quarū due prime sumunt ab experimentis: qz si cometes ante bellū achaicū apparuit in quantitate solis. nulle autez licet aggregant aliarū stellarū nunq; habitū solis equabunt: constat q; cometes non est generaliter congregatio stellarum. Secunda est q; cometes qui Athalo regnante in grecia apparuit se tm̄ diffudit vt illaz plagā celi cui lactea nomen est in vniuersum extensus equaret. Conuenire enim non possunt erratice vt taz longū celi tractū occupent continuo. Due alie sunt per rationem sumpte vna a loco erraticarū quaz ponit his verbis Appollonius qui ait cometez non ex erraticis effici: sed multas erraticas cometes esse: sed hoc si esset: cometes intra signiferi terminos moueret. Secūda ratio sumit a natura ⁊ a proprietate stellarū quaz sic ponit: nunq; apparet stella per stellaz: qz aliter vna non eclipsaret aliā per cometez nonnunq; .q. per nubez vlteriora cernunt ex quo apparet cometez non sidus esse. sed leuez ⁊ tu multuarium ignez. Ad idem etiam dicit Seneca cer/tum est cometes non vna parte celi aspici: sed tam in ortu q; in occasu apparent: frequentius tamen circa septentrionem.

Cap'm octauū: de improbatione scōe opinionis ⁊ tertie per rōnem aristotelis.

b Js habitis alias duas opiniones destruem⁹ per rationes Aristotelis qz ergo iam dixim⁹ recitando sermones istorū de stellis cometis nunc opz vt queramus de sermonibus ipsorū an veri sunt: an falsi. Dico ergo q; sepe videmus cometes extra orbez octauū qui est stellarum fixarum: ⁊ ideo nō potest esse q; cometes sit vna vel plures de stellis fixis qz tunc esset in cingulo primo quod est spera octaua q; cingit omnez speraz stellatam: quod falsuz est: qz nos videmus eas extra illū orbez longe sub ipso. Si autem esset vna stellarū mobilium erraticarū tūc nunq; videretur nisi in orbe stellarū erraticaruz quod falsum est: quia videtur extra ipsuz sub ipso ⁊ extra circuluz signoruz. Si autez cometes stellarū essent ex aere humido sicut dixerunt illi de opinione secūda: tunc opz q; quando venit stella ad mediū celi vbi visus noster consequit eaz sine aere humido interposito quod videretur sine coma: ⁊ hoc iteruz falsum est: qz cometes in tota reuolutione celi aliquando apparet: ⁊ quandoq; per plures dies. Adhuc autē si coma causaret ex aere humido tunc oporteret q; omnis stella que per mediū illuz aerē humidū videt esset cometes: ergo numerus cometarū esset fm̄ numerū omniū stellaruz ⁊ non eēt in vna earū: sed plurib⁹ earuz simul: ⁊ hoc falsum est: qz nos non inuenimus stellas habentes comas nisi .v. non simul quidez: sed successiue sicut infra dicemus. Hoc autez quod dicunt q; cometes non inuenit nisi in parte septentrionis est falsum: qz multotiens videt alibi q; in septētrione. vident enim comete cū sole aliquādo in ortu suo estiuo precedentes euz. Ortus autem estiuus solis est signū in quo sol orit in estate sicut sunt septentrionalia signa in quibus mouet a principio arietis vsq; ad principiū libre: qz large sumitur hic ortus estiuus pro omni ortu in quo dies addit supra noctez: qz tunc sol directius respicit nos: ⁊ nostraz habitationem calefacit: ⁊ similiter stelle comete in se sunt in parte meridiei fm̄ diuersum tēpus: ⁊ hoc maxime contingit in ciuitate Arim que est sub equinoctiali in medio mundi: nonaginta gradus habens in polū arcticuz: ⁊ nonaginta in poluz antarticū: ⁊ nonaginta in orientez ⁊ nonaginta in occidētē terre habitabilis. Locus enim qui est sub equinoctiali temperantior est omni loco huius mundi sicut dicit Ptholomeus ⁊ Auicēna ⁊ alū q; plures pbi. Uise sunt etiaz in parte septentrionis in mane ascendentes ante solez in ortu hiemis: ⁊ hoc aliter non poterat esse nisi cū sol oriebat in hieme in signis meridionalibus: qz tunc cometes oriebat in aquilone in signis septētrionalibus. Totū ergo hoc quod dictum est significat nobis q; stelle comete sunt preter stellas tā fixas q; erraticas quas dixerunt: ⁊ viderunt in estate ⁊ in hieme in diuersis partibus celi ⁊ mundi: sic ergo declaratus est error sermonis ipsorz.

Capitulum nonum: ⁊ est sententia Aristotelis de comete.

d Jco ergo q; stelle habentes comas efficienter ⁊ fm̄ locum sue generationis sunt prope aerez inflāmatuz ex vicinitate ignis qui continet materiaz remote ⁊ ipsuz cometez. Aerez dico q; pinquuz igni qui in se continet calorez ignis: qz quando in ipso vapor siccus grossus inflammat tunc continuatio fit cū lumine flāme comete ab iferiori aere vbi stat vapor eiusdez nature: ⁊ ita diffuso illo quod continuatur ei fit oblongū: ⁊ hic est cometes sicut patet ex predictis. Hunc autez moduz sententie aristo. quidam aliter exponunt: sed nō facio viz in expositione ipsorz cū fere omnes pbi qui secuti sunt aristo. conueniant in expositione nostra.

Cap'm. decimū: ⁊ est digressio declarans quare dicuntur quinqz comete esse ⁊ nō plures.

q Ueret autez aliquis fm̄ istam expositionem sententie aristo. quare .v. dicant esse tm̄ comete. Si enim numerus nō accipiat ex parte planetarum videbitur q; non sit nisi differentia materialis. Differentie autez materiales infinite sunt: ⁊ sic nō debent poni in quinario numero. Adhuc q; iste stelle dicuntur esse stelle secunde a philosophis: ergo necesse est q; alique stelle sint prime que sunt cause istarum. constat autem q; ille nō sunt stelle fixe: videtur ergo q; sint planete: non autem duo sunt luminaria: videtur q; sint .v. stelle erratice: sed fm̄ hoc nō debent esse nisi in zodiaco vel valde prope cum supra habitum sit q; in omni parte celi vident. Adhuc autem sine preiudicio puto esse dicendū q; in veritate fm̄ astronomicos qui

iudicia ponunt in eis nō sumunt. v. cometes penes. v. erraticas sicut infra dicemus. sed. v. sumunt aut penes v. differētias vaporis materialis aut penes. v. formas stellaruz habentium comas. Differentie autez vaporz sunt q vapor omnis comete licet sit in genere grossus sibi coherens: tamen ꝑm exigentiaz materie potest eē grossus: aut subtilis: aut medius per equidistantiā inter grossum ⁊ subtilem. in quocunqz autē est mediuz per equidistantiam in eo est medium q est vicinius extremo ⁊ sic erunt tria media: sed eque distans ⁊ inter equidistans ⁊ subtile: ⁊ inter equidistans ⁊ grossum: nec potest esse maior vaporis diuersitas in genere: ⁊ ideo comete per numerum sunt. v. Sunt etiam ꝑ figuram. v. aut enim circūstant in rotundis in cirtuitu: aut ꝓpter leuitatem super cometem: aut dirigitur in ferius: aut stat a latere: tunc cōstat ab vtroqz latere aut ab altero ⁊ sic sunt iterum. v. licet autez prima differētia sit materialis cum ipsa causet differentiam forme: qz aliter figurat vapor subtilis: ⁊ aliter vapor grossus q autem dicuntur secunde stelle est ex hoc q significant in diuersis locis fortitudinem planetarū sicut iam dicemus: non tamen ꝓpter hoc numerant penes planetas. licet autem differentia vaporis penes grossum ⁊ subtile sit differentia materialis: non tamen est ꝑ pure materialis: sed potius ad formam ordinata: qz per calidum intrinsecum ⁊ extrinsecū induit talis materia talem formalitatem ⁊ talis consideratio diuersitatis est consideratio que ꝓprie conuenit phico.

Capl'm vndecimū: ⁊ est digressio quare comete significant mortē potentū ⁊ bella.

n Unc autem querendum esset si possemus cōprehendere: quare dicit cometes significare mortem magnatuz: ⁊ bella futura. hoc enim dicunt phi auctores: non videtur ratio quare hoc sit cū non magis eleuetur in terra vbi habitat pauper q vbi habitat diues: siue sit rex. siue sit alius. adhuc autē constat q cometes causam habent naturalem non dependentem ad aliquid aliud: videtur ergo q nullam habz relationem ad mortem alicuius siue ad bellū. Si enim dicatur se habere ad bellum siue ad mortem alicuius: aut se habet vt causa: aut vt effectus: aut vt signū. constat autem q se non habet tm̄ ad aliquid sicut causa: qz nec vt efficiens: nec vt forma: nec vt finis: neqz vt materia. Similiter aūt ꝓbatur q nec vt effectus: qz neutruz necessario sequitur alterū: effectus aūt necessario sequitur causam. nec etiam se habet vt signū. qz nō habet conuenientiaz. Omne aūt signū conuenientiā habet cū signato. Adhuc aūt vt quidaz dicunt differentia quinqz cometarū sumitur penes quinqz erraticas: cum non omnes erratice habeant tam malos effectus qz iuppiter signat fortunam: similiter venus ⁊ mercurius non signat infortuniuz: videt'q nō generaliter signare debent mala signata. attende ergo ab hȳs similia q sicut dicit Albumasar in. vij. tractatu [illegible] ctionibus planetarū: q euentus ignium ⁊ a[illegible] comete nō sumit ab aliquo pl[illegible] in aere ꝓcipue quando fuerunt radij eius in ignis terreis vel aereis luna non ipediente: qz illa cōmouet vapores aqueū humidū qui ipedire posset huiusmodi ignes: ⁊ ideo etiā pz q nihil est dictū q penes quinqz planetas erratice accipiant: qz tales ipressiones nō sunt nisi de cōplexione martis: ⁊ ideo sunt ab ipso sicut a mouente ꝓmo: nisi forte aliquādo sicut coniunctione Jouis ⁊ martis qz ex illa cōiunctione scintillationes ⁊ corruscationes ⁊ ignes currentes per aerē etiaz mouentur. Adhoc autem q obȳcitur de terra pauperis ⁊ diuitis dicendum q vtriusqz signat destructionem ꝑm diuersitatez periodi de qua locuti sumus in fine secundi de generatione. sed tamen circa mortez regis ꝓpter famas plus obseruatur: qz periodi eorū plus dignitatis habent planete ⁊ iō maiora significata referunt ad eos. Ad hoc autez qō dicitur q habet cām naturalē ad mortez alterius non relatam: dicendū q causa eius ꝓxima nō refertur ad mortez regū: sed tamen causa eius ꝓxima mouens signat fortitudinem martis qui signare hz mortē ꝓcipue violentam: ⁊ tunc mors dominatur super cōmotionez elementorū ipse etiam dominat in periodo: ⁊ indicit causam mortis ꝑm q mouens ꝓximū pōt dici causa: que non est necessaria: sed potiꝰ inclinās ad ꝫ. Qō aūt q̄ritur vtrū sit signū vel causa dicēdū: q ꝓprie est signū qz sic dicit aristo. in libro de sōno ⁊ vigilia: talia sunt sicut cōsiliarius cuius cōsiliū melioribꝰ inuēnis mutari potest: ita demū martis bella ⁊ mortem continentium ⁊ regentiū turbas signat sicut inclinās ꝓximū ad hoc per iraz ⁊ calorez ⁊ siccitatē: ex quibus ꝓuenit animositas: sed concitatio populorū adinuicem: ⁊ ideo significatū comete ꝓprius est super martez qui est causa belli ⁊ destructionis populorū: ⁊ ideo dicit illa significare cometes: cū tamen eius significatio ꝓximа non sit super illa. ⁊c̄.

Tractatus quartus: de ignibus generatis in aere.

Capl'm ꝓmū: de causis ⁊ loco generationis eoꝝ.

q Uia autez manifesta sunt ea q̄ dixerimꝰ de comete ⁊ galaxia: nobis ad perfectionem doctrine eorū que generant in alto vt perscrutemur causam ꝓpter quā videtur in aere quādoqz sicut ignis perpendicularis stans dilatatus in inferiori sicut colūna stans super basim q̄ ex vtraqz parte facit angulū rectū super basiz: ⁊ ꝓp quā causaz aliquando videtur ignis minor illo sicut assub ⁊ lancea ⁊ stella volans ⁊ huiusmodi. Dico ergo sicut ante dictum est q quādo sol inflāmat terrā per motū splendoris sui super eaz eleuant calidi vapores de terra qui sunt quatuor spērū. ascendit enim ex ea vapor frigidus ⁊ siccus quādo nō est in eo pars humiditatis vincentis super ipsuz: licet sit in ipso humiditas continuans ⁊ cōstare faciens vaporē: qz nihil terrenū continuat sine humido vt diximus in. ij. de generatione ⁊ corruptione. Ascēdit etiaz vapor frigidus ⁊ siccus qui etiā est terrene nature: ⁊ ascēdit ex ea vapor calidus ⁊ humidus in quo est humiditas aquea vincens ⁊ ascendit ex ea vapor frigidus ⁊ humidus quando vincit in eo natura aque omnino: ⁊ isti vapores materia sunt omniū impressionū in alto generatorum ⁊ calor solis est causa efficiens. loca aūt generationis ipsorum sunt ista. vapor enim calidus ⁊ siccus: natura terrestris: solutus a terra ꝓpter vehementiaz caloris solis qui resoluitur super eam ascendit vehementer ꝓpter hoc q est calidus ⁊ ꝓpter hoc q est sic[illegible]s: ⁊ ascendens adurit aerez: vapor autem calidus ⁊ humidus ascendit minus q̄ ille qui dictus est sciz vapor calidus ⁊ siccus: ⁊ facilius resoluit: ⁊ ideo fit ex eo aer. Duo autem alij vapores scilicet frigidus ⁊ siccus ⁊ frigidus ⁊ humidus ascendunt recte: ⁊ cuz peruenerint ad locum vbi est frigus ibi circūstāte frigido coagulantur vel saltez inspissantur a congregato raro quod est in ipsis: eo q est ibi frigiditas que comprehendit ipsos circūstando ⁊ compzimēdo: ⁊ ideo vnus conuertitur in pluuias: ⁊ alter in ventos: ideo ascendit cū vapore pluuia: sed vapor calidus ⁊ siccus ascendit ad

terminꝰ vltimum quo pōt incedere in aere qñ non est vapoꝛ frigidus impediens ⁊ ascendit vsq; ad cōcauū ignis.quando aūt peruenit illuc tunc calescit calefactō ne vehementi: ⁊ inflāmatur pꝛopter continuitatez suā ad ignem: ⁊ pꝛopinquitatem ad motum oꝛbis. Iste ergo est locus generationis ignium de quibus dicturi sumus: ⁊ vapoꝛ calidus ⁊ siccus terrestris est mā eoꝝ.

Lapl'm scōm: ⁊ est disgressio qualiter in ipꝛessionibus diuersis nō est nisi generans cōmune.

s Tende hoc qō licet in tota natura vbi sunt generata particularia vel spālia que perfectū esse habent in natura: ⁊ quoꝝū foꝛma est finis intentus a natura particulari eo q̄ in ipsis saluatur eē diuinū quantū fieri potest per successionez generatoꝝ sic generans pꝛopꝛium sub cōmuni sicut pz: qꝛ licet sol sit generans in omnibus illis cū inferius etiam homo ⁊ asinus ⁊ huiusmodi sunt generantia: quoniam si generans cōmune qō est vnus celestis circulus sufficeret tūc non oꝛteret conferre virtutez generatiuam pꝛopꝛio generanti quod est generans vniuocū ⁊ pꝛopꝛiuz ⁊ particulare sic generationes omnes particulares ⁊ particularīū sunt. licet ergo sic sit in oībus completis: tamen in vapoꝝū ⁊ impꝛessionū generatione non est nisi generans cōmune qō est caloꝛ solis: ⁊ caloꝛ celestiū: siue ex splendoꝛe stellarū: siue per motus oꝛbis excitatus: ⁊ hoc ideo est q̄ foꝛma impꝛessionū non est pmanens in natura: ⁊ ideo sunt potius dispositiōes elemēꝝum quibus mouent ad mixturaz que ad generationes mineraliū ⁊ animaliū ⁊ plātarū oꝛdinantur ⁊ non indigent generante nisi disponente qō est generans cōmune cuiꝰ est actus calefacere. caloꝛ autem mouet disponens ad generationez. huius aūt signū est q̄ foꝛme impꝛessionū non sunt permanentes: nec figure alicuiꝰ eoꝝ etiaz in tempus modicū manent: ⁊ ideo dixit aristo. q̄ glacies ⁊ aqua non differūt nisi per accidēs. hec ergo est cā q̄ licet sint diuerse impꝛessiones: non tamē determinat eis diuersitas generantiū. Sz in oībus generatis iterū vnus actus diuersimode suscipit a mā impꝛessionū generatarū ⁊c.

Lapl'm tertiū: ⁊ est disgressio declarans quareva poꝛ terrestris aliquādo altioꝛ ascendit.

s Lias etiā q̄ licet aqua leuioꝛ sit q̄ terra ⁊ humidū aliquando magis sit factibile q̄ substātia terrestris sit: qꝛ humidus magis aque alimentū pꝛestans caloꝛi: ⁊ ideo videat his tribus ō causis altius debere ascendere: tamen oppositū contingit in vapoꝛe sicco calido qui altiꝰ ascendit q̄ vapoꝛ calidus ⁊ humidus quatuoꝛ de causis vel vna de causa q̄tuoꝝ particularibꝰ congregata: quarū pꝛima est: qꝛ licet siccū terrestre sit grossuz male subtiliabile: cū pꝛopter sui grossitiem ⁊ spissitudinez recipit caloꝛem quasi in cumulo: qꝛ caloꝛ in spisso terrestri postq̄ intrauerit magis cumulat q̄ in tenui subtili: qꝛ partes iuxta se plus habent: ⁊ ideo constat magis caliditas vapoꝛis terrestris ⁊ simul est q̄ vapoꝛis aquei. Secūda causa est q̄ terrestre siccū magis retentiuū est caloꝛis q̄ humiduz aqueū. vnde Seneca dicit Democriti rationez q̄ omne coꝛpus quo solidius est eo fidelius seruat caloꝛē acceptū: licet eniz humidū aqueū facile suscipiat caloꝛez paꝛ tamen tenet eū: ⁊ ideo de facili exalat: sed siccuz terrestre male quidez suscipit: sed cū recipit recipit foꝛtiter: ⁊ ideo eleuatis vtrisq; vapoꝛibus: aqueus facile calidū perdit: ⁊ ideo cessat ascēdere: sed terrestris foꝛtissime tenet. ⁊ ideo frequenter penetrat vltra locū frigidum aeris. Tertia causa est ꝓpter simbolū qō siccū terrestre habet ad inflāmationez ignis quā non habet humidū aqueū: ⁊ ideo caloꝛ inflāmans magis conseꝝuatur in terrestri q̄ in aqueo: ⁊ licet humoꝛ aque sit alimentū quoddaz caloꝛis ⁊ ita debeat pꝛius attrahi calore cū illo humoꝛe nō omnino destituit vapoꝛ terrestris qꝛ humidū illud habet ad sui continuationez ⁊ sic vapoꝛ terrestris a calido trahit a simbolo naturali ⁊ vltimo accidētali. sed humidū aqueū ex altero tm̄. Quarta vō causa est: qꝛ humidū aqueū ideo: qꝛ facile est dilatabile ⁊ rarefactibile a modico calido cito conuertit in aerem: qꝛ facilis est generatio aeris ab aqua: ⁊ econuerso: sed siccū terrestre magis se continet: ⁊ ideo expirat ⁊ per frigidam eleuationem quaz non potest expirare humidum aqueū: qꝛ transit in aerez. Hec ergo est causa quare vapoꝛ siccus calidus plus q̄ aliqs vapoꝛ solus ascendit: ⁊ ideo solus est mā ignīū generatoꝝum in alto. Dicit tamen Seneca q̄ collisio ⁊ confractio aeris sola facit mutare ignes in aere qō non potest esse vez: qꝛ licet igniri possint partes aeris: non tamen micant: qꝛ non fulget nisi spissuz vnde etiā vapoꝛ ex quo fit coꝛruscatio non fulget nisi congregent partes eiꝰ ex fuga a nube aquosa. Redeamus ergo ad pꝛopositū soꝛmas igniū in alto generatoꝝ determinantes.

Lapl'm quartū: de figuris igniū in supꝛemo aere generatoꝝum.

Tuchidides phūs ⁊ plures alij. Seneca aūt econtra di/
cit h̄ incredibile eē accipiēs argumētū in nostris corpo
ribus vbi cutis nostra q̄ tenuis ⁊ porosa est respuit ex/
trinsecū spm̄ ⁊ resistit' ei ita q̄ nō in tāta quātitate ītra
re poterit q̄ faciat' motū fortē in corpore. terre aūt el'z
magis est solidū ⁊ iō repellit magis. Ampli⁹ aūt con/
stat solē nō solū in supremo terre: sed ēt in intimis opa
ri cū videamus lunā de ꝓfundo maris vaporē eleuare
quo mouet mare ad influxū ⁊ refluxū. Si aūt sol opa
tur in ymo terre qō cōstat q̄ terra imutat. Immutatio
aūt sua est p euaporationē: pz ḡ q̄ terra in ymis vapo
rē emittit. Adhuc aūt calor ꝯclusus i terra opat sic̄ ca
lor nālis opat in cibo. calor āt nālis digestiuus educit
vētositatē in corpore nō ab extrinseco ingressaz: educet
ḡ etiā calor terre in vētre terre vētū grossuz q̄ facit ter
remotū: q̄ nō ab extrinseco ingredit. Senece ḡ cōsen/
tiēdo videt mihi q̄ nō ab extrinseco venit vēt⁹ faciēs
terremotū: pōt tn̄ esse q̄ ab extrinseco reprimit si ex/
terior vētus p puluerē poros claudit p quos posset fie
ri euaporatio: aut etiā si frigiditate cōstringit terrā su/
perius vt calor descendat ⁊ in intimis facit euaporatō
nē sic̄ dixim⁹ de vēto q̄ dicit aqlo: aut q̄ humiditate d̄
scendēte in cauernie terre vētū coagitet ad faciēdū mo
tū terre sic̄ facit vētus auster humiditate sua ⁊ pluuijs
Signa ḡ q̄ inducit Calistenes fallacia sunt. Nō. n. ex
h̄ vētus ⁊ nubes vētose deficiūt in sublimi q̄ intrēt in
terrā: sed ex h̄ q̄ tūc gnāri in sublimi nō possunt ⁊ hoc
explanatū est supra vbi locuti sumus de signis precur
rentibus terremotū. Qō aūt dicit Calistenes de vētis
oppositis nō hz veritatē: qz vēti oppositi ex oppositis
sitib⁹ veniūt sub terra p cauernas ⁊ poros: ex opposi/
tione aūt quā h̄nt sup̄ terrā nō facerent diluuiū: sz ops
q̄ h̄ sit ex oppositiōe q̄ mouent sub terra a lōgis tracti
bus oppositis cōcurrere ⁊ ebullire faciētes aq̄s ex op
posito sibi occurrētes. Nec negā dū est aerē ab extrin/
seco ingredi in cauernas ⁊ ille nō facit terremotū: sed
vapor q̄ hz aliquid de forma raritatis aeris: ⁊ iō nitit̄
habere locū aeris ⁊ ascēdit ad ipsum nisi soliditas lo/
ci detinentis ip̄m ipediret: ⁊ iō post ruptura terre ascē
dit ⁊ nubes nigras facit in celo.

Capl'm vxū.

Lapl'm.xvij. de diluuijs aquax ⁊ ignij que ali// quãdo faciũt vẽti ꝙ faciũt terremotũ.

Effectus vo terremotus est eiectio aquax de
e terra aliquando cum fuerint venti facientes terremotũ cõcurrẽtes in loco aquax sub terra hoc aũt fit multipliciter: aliquando enim sub profũdo aquax in terre viscerib⁹ stantiũ vel fluẽtium cõcluditur ventus ⁊ erumpens diuidit terram que operit aquas ⁊ eĳcit aquam impetu suo ⁊ ita facit eã apparẽ aliqñ; ât subuertit terrã ita ꝙ iferi⁹ ⁊re venit supius ⁊ cõuerso ⁊ h̃ fit qñ vẽt⁹ plo equaliter ipellit fundũ alicuius terre donec eleuet ip̃m: ⁊ cum fuerit elevata tũc cũ impetu magno egreait ad latus vnuz: ⁊ ideo il// lad adeo impellit̃ sursum ꝙ inuoluitur terra ⁊ superior superficies inferior efficit ⁊ tunc ad tempus eleuationis apparet aqua sed statiz operit̃ itex: aliquando aũt eĳcit terram in locum vicinũ ⁊ tunc sub voragine apparent aque stantes vel fluentes: aliquando autem eĳcit aquam per terre aperturam in tantum ꝙ submergit locum aliquem vel plures: ⁊ aliquãdo facit diluuium particulare maius vel minus ꝫ ꝙ plus vl̃ minus eĳcit de aqua. Causa aũt huius est qz aliquãdo cõueniũt duo venti qui fortiozis sũt flatus sicut aqlo ⁊ auster sub terra in loco aquax multaruz per diuersos tractus terre venientes per quos secum trahunt pluri/mas aquas ⁊ cũ illi venti cõueniunt in pcauitate multa cuz aqua aggregantur multe aque impulse a ventis illis ⁊ impetu tam ventox ꝙ aquax scinditur loc⁹ ⁊ exsufflatur multa aqua subito ⁊ fit submersio magna vel parua ꝫm quantitatem illax aquax ⁊ ventorũ impellentiũ eas: hoc enim modo accidit submersio in loco qui vocat Adif. accidit autem aliquando ꝙ isti subfundo maris cõgregantur cum aqua vel sine aqua: ⁊ cũ erũpũt diuidẽdo funduz maris exeũt mare vltra litus ad magnum spaciũ vel paruũ ꝫm quantitatem ⁊ impetum ventox ⁊ hac de causa accidit nostris temporibus submersio pluriũ villax in nozmãdie ptibus qõ nõ durauit nisi per noctez vnã: ex eadem aũt cã accidit multiplicatio aquax fluentiũ ꝫ aliqd incrementi accipiãt ex pluuijs quando videlicet multiplicant enormiter supza modũ consuetum ⁊ submergũt terram ⁊ deiciũt edificia sicut suis temporib⁹ accidit inũdatio materne ⁊ secane ita inũdauerunt super campos ⁊ deiecerũt pluria edificia in ciuitatib⁹ diuersis gallie sed est attendendum ꝙ vapor venti mouet aliquando aquaz hmõi quãtitate sua ⁊ aliquãdo qualitate: quãtitate quidez mouens eicit aquam multaz simul ⁊ sine magno impetu: sed qualitate sola mouens eicit aquaz paucam cuz impetu ⁊ eicit eaz sparsaz per riuos ⁊ guttas. Aliquando autem mouet ⁊ qualitate ⁊ quantitate simul ⁊ hoc modo eiciens aquaz si multaz inuenit periculosum facit diluuiuz quia subituz est ⁊ impetuosum: dico autem qualitatez mouentez caliditatem solam: cuius exemplum in artificialibus est: ꝙ si sumat vas ereum forte quod sit intus bene concauum ⁊ habeat paruum foramen supza ⁊ aliud habeat in vẽtre pax maius habeatq; vas pedes ita ꝙ venter eius nõ tangat terram ⁊ impleat vas aqua ⁊ postea lignis fortiter obstruatur vnumquoq; foramen ipsius ⁊ ponatur in igne valde calido generatur vapor invase quod fortificatum retro erumpit per alterum foramen obstructum: ⁊ si irrumpit superius longe proiscit aquaz sparsam super loca adiacentia igni: ⁊ si inferius erumpit proĳcit aquam sparsaz in ignez ⁊ impetu vaporis proiscit titiones ⁊ carbones ⁊ cineres calidos longe ab igne super circunstantia loca ⁊ ideo etiam vas illud vulgariter sufflator vocat ⁊ solet figurari ad figuram hominis sufflantis ex huiusmodi etiam causa ex terra eiscitur ignis aliquando ⁊ hoc dupliciter. Aliquando enim vapor in se repulsus sub terra inflammatur sicut in nube ⁊ tunc impetu erumpit ⁊ ignita corpora lapides ⁊ cineres educit secum sicut accidit i ciuitate Lathanensi sicilie quando Ethna mons talem ignem emisit. Aliquando autem ignitur vapor in se repulsus in loco sulphuris ⁊ auripigmenti ⁊ alluminis ⁊ tunc educit q̃titatem incensi sulphuris cuius fetore multo plurimi moziuntur homines ⁊ animalia ⁊ vocatur hoc Aphis fluuius infernalis. Aliquando aut̃ agitur in loco qui simul est aqueus ⁊ sulphureus ⁊ tc̃ eĳcit aquas calidas sulphureas. Aliquando aũt frigescunt extincto vapore. Aliquando autem conuertũtur in stagnum salsum propter partes terrestes combustas que sunt in aqua: ⁊ aliquando etiaz reabsorbẽtur a terra ⁊ hec est causa quare quidaz antiquox poetax terremotum attribuũt deo neptuno quidam autẽ Vulcano de thinis aũt qz nõ habẽt hũc modũ generationis alibi dicemus.

Capituluz.xvijj. de effectu terremot⁹ in mouẽdo locum in quo est.

St item aliquando effectus terremotus in
e modo diuerso mouendi terram quam concutit: aliquando enim mouet motu agitatiuo modo ad dextram: modo ad sinistram: aliquando autem motu subuersiuo subuertendo terram ita ꝙ inferius facit esse superius ⁊ econuerso: aliquando autez scissiuo faciendo tantum aperturam vnam in ipsa: aliquando autem mouet motu perforatiuo faciendo plurima foramina non magna in terra: aliquando autem mouet motu tremulo siue motu titubationis quando exitum naturalem egreditur ⁊ statim redit ad eundez aliquando autem mouet motu ruinoso quando superior pars terre cadit in profundum: aliquando autem mouet motu impulsiuo quando superior pars terre lõge repellitur a situ suo ⁊ loco aliquando autem motu vectionis vt quando superior pars ab inferiori vehitur aliquando autem mouet motu depressionis ⁊ elevationis vt quando superficies terre modo eleuatur: ⁊ modo exaltatur: ⁊ hos omnes motus habet terremotus preter motum quem habet in aqua ⁊ preter motum quez habet in igne ⁊ sulphure ; de quibus supradictũ est ⁊ hox omniũ volo reddere causas. Motus eniz qui est a dextra in sinistrã q̃ est mot⁹ agitatiu⁹ causat a vapore nõ multo ⁊ laterib⁹ fortib⁹ spelũce ꝓpter qõ accidit ꝙ superior pars pereat de latẽ in latus ⁊ ibi repcussus vapor redit ad lat⁹ ⁊ terra peat secuz. De motu aũt subuersiuo q̃ cõuertit inferi⁹ ⁊re supi⁹: ⁊ ecõtra pri⁹ dixim⁹. De motu aũt scissiuo sciẽdũ ꝙ causatur a vapore sicco calido: qz scissio est effect⁹ siccitatis ⁊ est simile de ventositate multum sicca ⁊ calida q̃ aliquando scindit intestina: Motus aũt perforatiuus causatur a vapore disperso qui non est in spelunca vna ⁊ terra que non est equaliter superius compacta: quia illa diuisibilis est alicubi: ⁊ alicubi non diuisibilis: ⁊ sparsus vapor alicubi diuidit eam ⁊ alicubi non diuidit motus autem tremulus causatur a vapore debili quandoq; mouente: ⁊ quandoq; non: qui non per totum potest mouere terram ⁊ ideo continuitas loci retrahit terre superficiem ⁊ vapor extrudit eam aliquãtulum: ⁊ ideo recedendo tremit a situ naturali ⁊ redeundo. Ruinosus autem motus causatur.

a duabus causis: aut enim fit ab aqua que corrodit fundamenta superficiei terre: aut fit ex igne terram subtus comburendo: et quoquo modo fiat semper cadit superior pars in profundum subtus exesum. Motus autem impulsiuus fit quando est vapor multum impetuosus precipue ex calore: tunc enim longe proiscit ea que impellit et talis motus quandoq; proiscit montez vel partem montis nō directe in vallez: sz ad latus ad locum ad quem dirigitur impet⁹ venti et cooperit ibi villas que sunt in valle et aliquando homines impellit ante se et aliquos interficit et alios operit terra vel lapidibus quos impellit sicut nuper accidit terremot⁹ in sabaudiensi terra vbi vapor eleuans homines ante se: et post montē deiecit super villas et homines ex trāsuerso sitas et euasit solus ille quē flatus ante casuz montis exsufflauerat. Motus aūt vectionis accidit quando inferior ps terre sequit ipsam tūc enim vehunt domus et agri de loco ad locū et homines cū ipsis. Motus āt depressionis et eleuationis terre accidit a multo vapore et a laterib⁹ fortibus loci tūc enim eleuat superiorem ptem loci et tūc expirat aliquid de vapore resident et cū itez generat vapor iterum locus eleuat et sic semper eleuat et deprimit donec expiret vapor. Si aūt per superiora vapor expirare nō poterit tunc continue eleuat vsq; quo scindit et tūc egredit vapor cū puluere vel cū aqua vel cum igne vel cū sulphure sicut superius dictū est. Est autē possibile vt ruina terre vel montiū accidat sine vapore ventoso: q; potest esse q; terra que initit in extremitatibus suis aliquibus fulcimētis et in medio expandit̄ super foueam tempore magne siccitatis scindit iuxta extrema sua per circuitū et tunc mediū eius cadit in speeū que sub ipsa fuit. Montes aūt ruūt duplici ō causa sine motu p ventos q̄z vna est: q; radices eoz abradunt aliqua de cā et tādē q; fundamēta nō habēt cadunt in toto vel in pte: aliq̄n āt eo q; multū eleuant siccant et in sublimi scindunt in quas fissuras ingredientes aq̄ currentes cū impetu deiciūt ptem scissam a reliqua pte montis et cadit magna ps vel modica fm p portionē scissure illi⁹ et hoc modo cecidit mons magnus in montib⁹ qui sūt inter Tridētū et Ueronaz ciuitates et cecidit in flumine q̄ dicit athesis et sup ripā eius oppressit villas et hoies ad longitudinem triuz vl quatuor leucarum.

Capitulū. xix. de effectu terremot⁹ in insula.

Ni insulis aūt terremot⁹ triplicez operat effectum: facit eniz aliquādo insulas tremere sicut fm narrationez Calistenis Delos insula tremuit: qō Calistenes mirz reputauit: aliq̄n aūt nouas insulas que in se nō fuerūt facit apparere sicut dñt epicurei pbi q; nihil in nā est potēti⁹ et nihil acrius spiritu ventoso sine quo nec illa q̄dez q̄ vehementissima sunt valēt: ignez eniz spiritu concitant aque si ventum detrahas marcescit que tūc demū impetū sumit cū illam agit flatus. Potest spirit⁹ dissipare magna terraz spacia et nouos montes subiectos extollere et insulas nō ante visas in medio mari ponere. Therez enim et Thercam insulas nostre etatis spectantibus nobis in Egeo mari natas quis dubitat quin in lucē spirit⁹ verit: huius effectus causa est q; spiritus clausus in loco terre viscose cuius ptes nō de facili separant attollit eam in montem si est in terra vel insula si spirit⁹ clausus fuerat sub fundo maris aliquando aūt insulam in vno loco stantem vehit ad alium vel in toto submergit et hoz effectuuz causa habet ex premissis. Sed miratus Calistenes insulas etiā tremere eo q; dicit tribus de causis insulas terrremotui minime esse obnoxias quarum vna est concauitas littoris ex corrosione et alluuione aquaz prouenientes per quas concauitates liber pz exitus spiritus terremotū faciētis. Alia aūt causa est: q; sunt in littoribus eoz saxa propter multas scissuras exitū prebentia vēto. Tertia causa est q; que sunt frequenter ex terra glutinosa non de facili habent sub se concauas specus in quas ingrediatur spiritus faciens terremotū: sed Calistenez in hoc dicto suo arguunt duo philosophi Pompeius videlicet et Herculaneus dicentes: mari vicina maxime terremotui esse obnoxia cuius causa a nobis superius est expedita. Sed adiciunt hijs que dicta sūt hij duo philosophi q; omnis hora maris precipue est montuosa: montes aūt vaporosi sunt et fere omnes sub se specus habentes in quibus spirit⁹ congregatus facit terremotū quod experimentis probat q; sic paphos nō semel corruit: sed multotiens per terremotū sic nobilis vrbs antiquitus nichopolis huic malo familiaris effecta est: q; ptinue destruit per terremotū: Cipz aūt ambit altum mare et frequenter agitat: Tyrus etiam ipsa mouet sepius et diuit submersa fm ptes: deceptionis aūt causa qua est deceptus Calistenes fuit q; licet concaua ripaz habent a concauitatibus tamē illis repellit ventus in fundū insule per pcussuras undaz: et ideo in fundamentis insule multiplicatus facit terremotū eadē aūt causa est quare repellitur ventus a scissuris petraz. Tertia vo causa bona est et concedendū q; ille insule que limose et conglutinose sunt rarius tremūt et pauciores habent specus sub fundamētis suis: possunt tamen aliquando tremere: et ille vl altius eleuari si multus sit spiritus sub ipsis vel etiam submergi si spiritus eleuans eas expiret ab eis et remaneat subt⁹ vorago debiscēs vl remoueat eas a loco in quo sunt: et deiciat ad locū pfūdiorē.

Capitulum .xx. et est digressio de causa quare in q̄busdam climatib⁹ fit frequenti⁹ terremot⁹ et in quibusdam rarius.

Et autem inuestigatione dignum quare quedam regiones vix vnq̄ terremotum passe sint: quedam autem frequenter patiant eundem. Dicit enim Pindarus egiptū vix vnq̄ tremuisse et quando tremuit paz quassata fuit et in vno loco tm videlicet in Ana ciuitate sicut dicit Thucidides: experimento autem veterum et nostroz recordatione didicimus rarius fieri terremotum in septimo climate et vltra versus aquilonem: frequentius aūt a sexto climate versus meridiez cum tamen fortiores veniti sunt in climatib⁹ aq̄lonaribus q̄ meridionalibus et maria aquilonaria magis tempestuosa sunt q̄ meridionalia que ventus in littoribus repcutere deberet ad generationem terremotus. Scim⁹ etiam q; in montuosis locis frequētius est magnus terremotus q̄ in planis et in planis frequenti⁹ est terremotus paruus q̄ in locis montuosis. Causaz aūt q̄re egiptus nō frequēter terremotu vexat optime redit Pindar⁹: dicit. n. egiptum aliquando coopertā fuisse aq̄s et modico solido fūdo q̄ erat in medio mollē terrā et glutinosaz paulatim fuisse circumpositaz et ita paulatim creuisse totaz egiptum: et qz molle optime continuat cū solido in talibus incrementis non potuit intercipi vacuum intra quod spiritus quatiens egiptum repcuteret: terra etiam ipsa limosa et tenax est que nō de facili abinuicē separatur: et ideo tremere nō pōt nisi ex magna cā et circa

locū Ane

locū Ane ciuitatis q̄ minus hz limositatis. Cā autem ꝛre in climatib⁹ meridionalib⁹ frequētius fit terremotus: ⁊ rarius in climatib⁹ aquilonarib⁹ hoc est qz lz sol feruidus in meridionalibus comburat vapozē in terre supficie: ⁊ plus cōsumat de ipso q̄ eleuet: tñ qz in cō cauo terre agit per medium interiectum: ideo in in// feriozibus terre plus eleuat q̄ consumit ⁊ ideo in terra multiplicatur ibi spiritus ad terremotum facien// dum: in aquilone autem debilis est solis radius ⁊ alia rum stellaꝝ: ⁊ ido vbi ꝑ medīū agit paꝝ eleuat de vapore: ⁊ ideo min⁹ ibi fit terremot⁹. Est etiam alia causa huiusmodi: qz videlicet maioz caloz meridionaliuz climatū continue aliq̄d educēs de ptibus terrestribus per euapozationē cōtinue cauat terrā ⁊ ꝓcauitates vastas facit in meridie in q̄bus ventus recipit qui in se multiplicatus mouet frequenti⁹ loca meridionalia pri uatio hmōi calozis in climatib⁹ aq̄lonaribus causa est oppositi: frigus eniz coherere facit ptes ⁊ nō facile separari: ⁊ ideo cōcauitates rarius fieri possūt in aq̄lonari parte: ⁊ que sunt parue sunt: ⁊ ideo ibi rarius fit terremotus: ⁊ qñ fit raro fit magnus his addici po// test q̄ in climatib⁹ meridionalibus inferioza elementa cōuertunt in superioza ꝓpter quam resolutionez in inferiozibus factam necesse est aquā ⁊ terraz semper vaporibus esse interceptā qui multiplicati terrā quatiūt. In aquilone aūt ecōuerso supioza ad inferiora cōuertunt ⁊ ideo vapoz extra inferioza est ⁊ recipit ibi terra paulatinam additionē humidi cui⁹ additio sic cōglutinatur duro q̄ specus ⁊ vacuitas nō intercidit vt dicit Pindarus ⁊ ideo ibi rari⁹ fit terremot⁹: sed q̄ in locis mōtuosis frequētius est terremotus magnus q̄ in locis planis causat ex hoc q̄ sub mōtibus sūt cauerne magne in q̄bus plurimus vapoz potest congelari: ⁊ q̄ loca mōtuosa sūt valde vapozosa. Loca aūt plana nō ita sunt cauernosa nec ita vapozosa. ⁊ ideo magn⁹ terremotus frequētius est in locis mōtuosis ꝓcipue que sūt super littus maris: in planis aūt paruus vapoz cōgregat in paruis foueis ⁊ ille plana loca tremere facit: sed mōtuosa paru⁹ vapoz nō mouet: tū qz expirat per cauernas: tum etiaz qz montes sūt graues ⁊ nō nisi forte vapore concutiunt: fuit tamen in plano lombardie in pluribus ciuitatibus terremot⁹ magnus ⁊ durauit per multuz temp⁹. Sed causa illi⁹ fuit qz illud planuz cingit mari in parte vna ⁊ mōtib⁹ in alia ⁊ tā mare q̄ montes cooperantur ad terremotū vt dcm̄ est.

Tractatus tertius tertij libri metheoroꝝ de fulgure ⁊ tonitruo ⁊ vēto turbinis.

Lap̄m ꝓmū que tractat⁹ intētio ⁊ q̄l⁹ introducit ⁊ ordinat: ⁊ q̄ differentia nominū.

q

Uia ergo tā dixim⁹ terremotū ⁊ hoc quod ē in eo de accidētib⁹ cōcōitanti b⁹ ip̄m sicut ē sonus ⁊ diliuiū ignis vl̄ aque vel terre scissio siue subuersio ⁊ alia hmōi ⁊ dixim⁹ q̄d sit ꝑm differē// tiam ⁊ modū mot⁹ q̄ est in ipso: ⁊ di// xim⁹ cāz ei⁹ verā ex accñtibus locuti sum⁹ ēt de eē ei⁹ ꝑm hoc q̄ sit frequēti⁹ in loco aliquo vel in tēpore. cō sequēs est vt hic loquamur de tonitruo ⁊ cozruscatōe ⁊ vēto turbineq̄ ⁊ que sūt eis similia sicut est fulmē ⁊ cozruscatio ⁊ hmōi: cū enī habitū sit de his q̄ fiunt de vapore terrestri simplici tā in simplicibus q̄ in mixtis terre sicut vētoꝝ natura ⁊ terremot⁹: rō ordinis exposcit vt dicam⁹ de his q̄ fiūt ex vapore sicco terrestri nō simplici: sed imixto siue incluso in vapore humido sicut est tonitruū quod est son⁹ vaporis sicci egredientis de nube humida ⁊ cozruscatio q̄ est illumina// tio vapozis sicci incensi in vapore hūido: qz autem vētus turbinis etiam est vent⁹ de nube egrediēs: ⁊ ideo in seip̄m reflexus: opz nos ēt loqui hic de vento turbinis: tangētes aūt naturas istaꝝ ip̄ressionū referemus etiam primo opiniones antiquoꝝ tūc enim facili⁹ erit colligere veꝝ quando allata fuerint ea in quib⁹ nobis cōueniunt ⁊ in quibus a nobis diuersificant. Oportet aūt scire q̄ tria sunt abq̄ vento turbinis quoꝝ causas queremus fulguratio fulmen ⁊ tonitruum. Est aūt fulguratio vt dicit Seneca que ostendit ignez: fulmē aūt quod emittit ignez emissum ꝓpter quod antiqui dixerunt theologi athalus: ⁊ añ eum aetina q̄ fulguratio est iouis cōminatio ⁊ fulmen est ictus eius vnde etiaz diffinientes fulgurationem dixerūt q̄ fulguratio est lapte ignis explicitus: fulmen aūt est coactus ignis. ⁊ impetu iactus: huius aūt exemplū esse dixerūt. Si quis duabus manibus strictis aquam comprimēs inter manus emittat cū sono in modū simphonis: eodez enim modo nubium inter se cōpressaꝝ angustie ignem eiciunt ⁊ hoc ipso inflāmant ac tormēti modo emittūt sicut baliste vel scorpiones: q̄ aūt nos tonitruū ꝑ tres sillabas scriptum vocam⁹ athalus ⁊ aetina patres dixerūt debere dici tonitruū per. iiij. sillabas scriptū eo q̄ diu sonat: ⁊ q̄ nos dicimus fulgore media ꝓducta sicut ⁊ lucere illi dixerūt debē dici fulgure media correpta eo q̄ ⁊ fulgurato subito disperierat.

Lap̄m. ij. de opinionib⁹ antiquoꝝ ⁊ rōnibus eoꝝ de fulgure ⁊ tonitruo: q̄ dixerunt hec causari orbe ⁊ lumine stellaꝝ.

o

Mnes aūt fere sapientes antiqui tam natū// rales q̄ diuini cōueniūt in tribus quoꝝ vnū est quod id q̄ ibi apparet sit ignis: ⁊ secūdū est q̄ sit in cōcauitate nubis: ⁊ tertiū q̄ simul sint corruscatio ⁊ tonitruum licet citi⁹ ⁊ serius percipiat vnū q̄ alterū: fere autem dico ꝓpter quendam antiquorum Lidonium nomine qui fulgurationem dixit esse speciem in amnē: nō in ignem q̄dem: sed resplendentiam solis vel lune vel stellaꝝ super nubem aquosaz sicut per noctem apparet q̄dam splendor remoꝝ: licet hoc eē falsū de facili ꝓbat: quia splendor remotum non videtur nisi in ipsa aqua: sed fulguratio frequenter erumpit de nube ⁊ cadit in fulmine. Sapientes aūt antiqui in his tribus conueniūt vtiq̄ ab ipso visu testificati eo q̄ visu tria hic deprehendunt: vnus autez ex sapientibus qui vocat Empedo. dixit q̄ cozruscatio est ignis occultatus in nubib⁹ ex radijs solis: ⁊ deinde apparet in cozruscatione fuit aūt ratio hmōi: quia vidit q̄ radij solis reflectunt a corpore humido polito frigido ⁊ diuaricatio radioꝝ repercutit ad aliquez punctum vnu: ⁊ in illo excitat ignem cui⁹ flāma illuminat circunstantia ⁊ aliquando comburit: vñ qz nubes humida est ⁊ frigida ꝑuerti icipit in pluuiā reflectit super se venientes radios solis vel stellaꝝ: ⁊ cum diuaricant colligunt ad aliquem pūctum vnum ⁊ ibi eliciunt flāmam ⁊ apparet cozruscatio: dixit etiaz aliquando est q̄ vis radioꝝ solis diu añ in nube colligitur. ⁊ similiter vis lucis aliaꝝ stellaꝝ: cum enim vapor nō eleuet nisi virtute luminis corporum superioruz videbat Empe. q̄ virtutes illoꝝ luminū de hora in horam: ⁊ de die in diem colligebant in vapore ⁊ cū multiplicate fuerunt inflāmant vaporeꝫ taz in die q̄ i nocte: sed cito extinguitur ꝓpter victoriam aque q̄ est in nube ait enim nihil ꝓhibē subtili⁹ aq̄ iflāmari: ſz flāmam extingui postea a grossiori aque ꝓbat ꝺ tali

exemplo quo adhuc vtunt alkymici: si enī accipiatur
ſpuma in ſup̄mis vini boni veteris exhauſta ⁊ cū il/
la miſceat aliq̄tulū ſol̄ invtroq; puluerizet ſulphur
⁊ totū illud ſublimet h̄ mō quo p ſublimatiōez fit aq̄
roſacea ſtillat ex eis aq̄ que iflammat ſubito ⁊ p̄eter
aduſtionē corpoꝝ ſup q̄ cadit inflāmata: ⁊ ita dixit
Empedo. q; ſubtilius eſt aqueū qō multū hz imixtuz
de aereo inflāmat ⁊ apparet: deinde extinguit ab aq̄
groſſiozi in nube ⁊ extinctio eius eſt ſonꝰ tonitrui: cuz
aūt cauſas duas vt dictū eſt poneret dicebat q; ſcōa
eſt p̄incipal ⁊ p̄ima eſt coadiuuās: pz enī ex dictis ⁊
rōnibus etꝰ q; ipſe diuerſificat a ſnia pypatheticoruz
in hoc q; ipſe nō dixit corruſcationē ⁊ tonitruū cauſa
ri quo ad mām a vapore ſicco terreſtri: ſz potiꝰ a va/
pore humido aqueo ſubtili habēte in ſe multū aeris
⁊ efficiētē cām dixit eſſe virtutē luminū ſuperiorum
diu in nube collectā Anaxa. aūt dixit idē Empedo.
quo ad h̄ q; nō poſuit vaporē ſiccū incēſuz eſſe in nu/
be humida: ſz diuerſificat in mā ab Empedo. in h̄ q;
ipſe dixit totū celū eē ignē ⁊ nō poſſe fieri q; ex tanta
cōflagratione quāta eſt ab orbe lune ſupiꝰ nō aliq̄d ca
deret ⁊ diſtill aret q̄ſi ipuz aliquantū a nobilibꝰ cor/
poribus ſicūt p incēdiū aliq̄d diſtillat ab auro p̄cipue
cū ſupiora cōtinue nutriant ab humore occeani i quo
plurima trahunt ipura: id ergo q; cadit diſtillando ali
quādo colligūt ⁊ retinēt nubes ⁊ aliquādo nubibꝰ nō
obuiat: cū ergo colligit a nubibꝰ mouet in ipſis ⁊ fa/
cit corruſcationē: ⁊ extinctio eiꝰ facit tonitruū: qz igni
tū in aq̄ extinctū ſonat: cū āt nubibus nō obuiat tunc
facit ignes colūnares ⁊ lāceas ⁊ nubes ⁊ ſtellas vo/
lātes. ⁊ ceta de dbꝰ in primo huius ſcie libro dictū eſt
Ariſto. aūt quē ſequor in hoc ope nō retulit alias an/
tiq̄ opiniōes ⁊ has ipas tetigit ſine explanatōe ⁊ ra
tōe q̄ ab eis induceret ad ꝓpoſiti ſui ꝓbationē. Sicut
aūt hic tāguntur inueniunt in libris theofraſti ⁊ Sene
ce ⁊ altoꝝ. Scias aūt q; Anaximādros p oia cōue/
nit cū Anaxa. ſed addit q; ignis ex ethere deſcēdens
⁊ nubibꝰ frigidis impactꝰ ſonat ⁊ q̄n interſcindit eas
micat. Si aūt modicus ſit ⁊ interſcindere nō pōt ſo/
nat ſine fulgure ⁊ fulmine. Et ita iſta oia q̄ vident fie
ri in nubibus quo ad nūc q̄ſita vident cauſata ex ma/
iori impetu vel minori deſcēdētis ignis ab ethere: q̄n
in maxima vi deſcēdēs facit ſonū ⁊ fulgur ⁊ fulmē: in
media aūt virtute facit ſonū ⁊ fulgur ⁊ nō fulmē ⁊ in
minima virtute deſcēdēs facit ſonū ſine fulgure ⁊ ful
mine: dicebat etiā q; ſpiſſitudo ⁊ tenuitas nubiū ſimi/
liter aūt multitudo ⁊ paucitas plurimū ad hoc coope
rant q; interſcindere nubes poſſit ignis de ſublimi de
ſcendēs. Diogenes aūt appolomates ſm aliq̄d cōue
nit cū iſtis ⁊ ſm aliq̄d differt ab eis: dicit enim diuerſa
genera eē tonitrui: q̄dā enī tonāt ſine fulgure ⁊ fulmi/
ne: q̄dam aūt hic habent ignē fulguris vel fulminis: ⁊
⁊ dicit q; illa q̄ tonāt ſine corruſcatione ignis fiunt ex
colliſione vētoꝝ in nubibꝰ vel in loco ſublimi nubiuz
q̄ aūt fulgurant ⁊ fulmināt dicit fieri ignē de ethere ca
dētē vt dictū eſt priꝰ: qz iſte dixit vētū nō poſſe incēdi
ita q; fulguret ⁊ fulminet.

Capitulum. iij. ⁊ diſgreſſio improbans dictas opiniones.

Ras aūt opiniones nō refellit Ariſto. hz iſra
h oſtendat inſufficientiā eaꝝ vnde diſgreſſio
nes oportet facere ad improbationē eaꝝ: qō
āt dicit Empedo. fieri ignē ex reflexione ad nubē aq̄
ſam: ideo nō hz veritatē: q̄n reflexio ignē eliciēs non
fit niſi a ſolido plano polito vt ꝓbat in ꝓſpectiuis: nu
bes aūt nec ſolida eſt nec plana: ⁊ iō reflexio talis ad
ipam fieri nō pōt. cōſtat aūt q̄n ⁊ ſi ad aquā fiat refle
xio oportet q; illa cōtineat in vaſe vitreo rotūdo: nu/
bes aūt ⁊ obſcura eſt ⁊ ſolida nō eſt nec plana: qz in/
equaliter aſcēdit ⁊ nō retinet figurā aliquam ſicut vi/
det ad ſenſū ſicut accipit figuras aīalium ⁊ monſtroꝝ
Adhuc aūt imobilis nō eſt vt ſupra ipam radius diu
ſtare poſſit. Nō aūt elicit ignem nō diu pmanens ⁊ a
multis planetis ad vnum punctū reuerberatꝰ radius.
Adhuc autem lz ſolis radius aliquando eliciat ignez
nō tamen radij ſtellaꝝ ⁊ lune eo q; ſūt debiliter inci/
dentes corpibus ⁊ cū lumine paruo: ⁊ ideo cām non
hz quod dicit: q; hoc de nocte faciūt radij ſtellaꝝ.
Quod aūt dicit in nube colligi virtutes radioꝝ ſolis
veꝝ eē no poterit: nullius enī virtus colligit ⁊ cōfor
tatur in eo quod ſibi eſt cōtrariuz: nubes aūt aquoſa
que iam incipit conuerti ſm vtranq; qualitatem cōtra
riatur igni. ſ. ſm frigidū ⁊ humidū: ergo ignis nō col/
ligitur ⁊ confortatur in nube ex radijſ ſolis. Adhuc ſi
ignis colligit in nube tunc quāto diutius colligit tā/
to plus de igne eſt in nube: ſed quāto plus de igne eſt
in nube tāto nubes eſt calidior: ergo a primo quāto di
utius ignis in nube colligit tanto nubes eſt calidior:
ſed quāto eſt calidior nubes tanto eſt rarior ⁊ quanto
ē rarior tāto eſt minꝰ puerſa ad aq̄ materiaz: ergo a pri
mo quāto plus de igne eſt in nube tāto rarior eſt ⁊ mi
nus conuerſa in aquam pluuie quod eſt contra ſenſum
quia nos videmꝰ in fulgure pluuiā vl̄ in ꝓxio poſt ful
gura futuram eſſe pluuiam: ⁊ hoc nullo modo poteſt
eſſe niſi aliud ſubiectum detur igni ⁊ aliud frigori nu/
bem in aquam conuertenti. Quod vero dicit de ſimi/
li introducto nō habet rōnem: nō enim inflammatio
ſola videtur in nube: ſed frequenter ictuſ fulminis qō
nunq; fieret ſi eſſet tantū incenſio ſubtilis aque p̄mi/
xti cum aereo multo. Quod autem dicit Anaxa. ridi/
culoſum eſt cū probatū ſit in de celo ⁊ mundo celeſte
corpus nō eſſe ex igne nec recipere ex igne augmentū
vel decrementum. Si enim in parte deſcēderet poſſi/
bile eſſet totum deſcendere ⁊ tūc cū ipm ſit cauſa vni
uerſi ⁊ ordinis nature oporteret vniuerſum diu eſſe ō
ſtructum ⁊ corrumpi ordinem cauſaꝝ in tota natura:
per eadem etiam patet q; non eſt veꝝ quod dīt Ana
ximandros ⁊ Diogenes.

Capitulum. iij. de cauſa tonitrui ⁊ fulguris ſm ſē
tentiam Ariſto. ⁊ de diuerſitate ſonoꝝ tonitruoꝝ.

Edeamus ergo nunc dicentes veraz cauſaz
r tonitrui ⁊ fulguris ſequētes Ariſto. ſic dicen
tem. Dico q; res eſſe que p̄dicte ſunt nō ſūt
niſi ex vapore. Sicut āt nos ſepius diximus vapor in
genere diuidit in duo quoꝝ vnum eſt vapor humidꝰ
⁊ aliud eſt vapor ſiccꝰ: cū āt aſcēdit vapor hūidus p̄
nām eo q; de nā ſit aq̄ ⁊ ab elemēto aq̄ eleuatꝰ puenit
in loco alto ad locū frigidū ⁊ ex frigiditate loci ſpiſ/
ſatur ibidē: ⁊ ptes eiꝰ aggregant ⁊ cōſtare incipiūt ⁊
iō fiūt ex ipſo impreſſiones humide q̄ ſūt nebula ⁊ ros
⁊ caligo qō nihil aliud eſt niſi nubes obſcura frigidi/
tate aeris ad terrā repreſſa: fiūt ēt inde pluuia ⁊ gran/
do ⁊ nix ⁊c. ō qbꝰ in. ij. huiꝰ ſcie libro locuti ſumꝰ: fiūt
aūt h̄ diuerſa pp mām diuerſitatē in calore ⁊ frigore ⁊
tenuitate ⁊ ſpiſſitudine: diuerſitas autem loci ad hāc
diuerſitatez coadiuuat ex eo q; altius vel inferius in
loco frigoris iſta generantur: cooperatur etiam ad iſta
loci accidens per id qō plus vel minus hz ⁊ retinet ō
frigore a ſe expulſo a regiōe cū aſcēdit vapor ſiccꝰ aut
aſcēdit purꝰ nō p̄p̄hēſus in vapore hūido aut aſcēdit
in vapore:

in vapore humido comprehensus: ⁊ siquidez afcēdit solus tūc facit vētos de qbus supra locuti sumus. Si āt ascēdit pphēsus i vapore hūido tc qñ vapor hūid⁹ puenit ad locū frigoris ⁊ icipit pprimi: pprimit ēt i ip so q̄si in vētre ei⁹ vapor sicc⁹ calid⁹ accñtali caliditate. In tali āt cōprehēsione vaporis sicci ⁊ vētre nubis fit agitatio vehemēs vaporis sicci: agitatio āt iducit ac/ tualē iflāmationē in vapore calido ⁊ sicco eo q facili me est iflāmationis sicut est videre in vētositate sicca egredīte de vētre bois: hec enī si p pānū subtilē emit tat ⁊ cādela adhibeat tota iflāmat flāma lata ⁊ disp/ sa: hec ergo iflāmatio cā est fulgoris. agitat⁹ āt vapor in interioribus nubis humide q̄druplicē facit sonū. Si enī latera nubis tantum pcutiat ⁊ nō scindat ⁊ sit in flamat⁹ tūc facit sonū flāme pcutiētis q̄ est sonus qua si tumultuās ⁊ non micat nisi sicut p pānū spissū eo q nubes aliquātulū est puia: ⁊ ideo nō expresse flamma apparet: sz vt d' cūt ē q̄si p pānū: eūdē āt sonū facit ali qñ vapor egrediēs inflāmat⁹ flāma fortiter pcutiente sup aerē q̄ est in circuitu nubis. Est āt hic sonus sicut sonus flāme in medio incēdio ⁊ videt tūc flāma plu/ rima fieri p aerē: aliqñ ēt hz eūdē sonū in laterib⁹ nu/ bis nō iflamat⁹: ⁊ tūc audit tumultuans son⁹ sine aliq̄ cōmixtione. Secūdus son⁹ est scissionis magne ve/ lut si pānus fortis imēse latitudinis scindat ⁊ son⁹ est terribilis ⁊ visus fulguris est curu⁹ in nube eo q nō re cte scindit nubes: sz in pte q̄ maior est sustinuit ipetuz vaporis sicci iflāmati egredīētis ⁊ iste son⁹ frequēter est interruptus qz interrupte scindit nubes: aliqñ āt hēt sonū maximū vno ipetu veniētē sic ⁊ aer intercluſus vl vessica magna iflata sup caput vni⁹ frāgeret ⁊ hoc fit qñ cū ipetu totus vapor vl maxima eius ps exilit su/ bito erūpēs ⁊ rūpēs nubē exilit in aerē ⁊ pcutit ipz p cussione bona fortissima ⁊ hic est modus tertⁱ toni/ / trui. Quarto dicit ēr ipse Aristo. q est son⁹ q̄si humi/ dor siue viridiū lignor crepitantiū in igne: ⁊ hoc fit qñ vapor siccus ex iflāmatione q̄rit locū maiorem ⁊ tūc enī nubē cōpressaz humidā dissilire facit ⁊ egredi tur ps ei⁹ aliq̄ sicut fit salt⁹ carbonū vel ouor in igne aſſator ⁊ pcipue iuenit sile hmōi in castaneis q̄ nō p forata ⁊ rupta cortice ponunt in igne calido: qñ. n. in eis humidū icipit resolui gnātur in eis vapor q̄ q̄rēs locū maiorē resistētē testā vel corticē disrūpit ⁊ exu/ rit ō igne cū ipetu ⁊ crepitu magno: hi āt. iiij. modi to nitrus sunt tm ipsius vaporis incēsi qñ in hora iflāma tionis ei⁹ cōtrahit nubes exterior ⁊ cōprimit q est in/ ter spūm de vapore terrestri. Uapores āt q non est ita vehemēs soni sūt tres cū. n. corruscatio fit de mā vē/ tor calidor siccor q̄ cōprimunt in uentre nubis ⁊ in flamant iflāmatione vehemēti ⁊ adurunt sūt aliqñ ñ adeo fortes q̄ nubē scindāt: si tm tāgūt latera nubis hu mide q̄ iā cōuertit in pluuias extinguit ignis vaporis inflāmati sicut extinguit ferrū cādēs in aq̄: ⁊ hic son⁹ ab Aristo. vocat son⁹ stridoris: ⁊ si egredit aliq̄d de igne istud micat ⁊ ille spēdor est corruscatio a qbusdā aūt vocat son⁹ sisinniēs eo q sisinniēdo ferrū sonat qñ extinguit in aq̄. Secūda āt diuersitas soni est qñ va/ por iter nubē pclusus nō est icēsus nec multū cōpressus ⁊ nubes ptinēs ipz nō est in ptib⁹ eq̄lr spissa tūc enim erūpit vapor p diuersas ptes nubis q̄ sūt q̄si foramina ⁊ tūc sine corruscatione fit son⁹ sibilatiu⁹ sicut qñ vēt⁹ vehemēs flat p foramina sibilādo. Tertia āt diuersi/ tas est qñ nubes debilit ptinet vaporē terrestrē tūc. n. cito añq̄ igniat erūpit ⁊ ñ facit sonū nisi sufflatiuū cu ius exsufflatio est aliquātulū restricta ⁊ ipulsa sic est sonus follitū fabrilitū.

La. viij. ⁊ est disgressio declārās sm q̄d alii phi pcor dant cū sentētia eor.

Reclarissimi ēt viri in phia oēs pcordāt cū p hac sentētia vl in toto vel in parte quorum nomina ⁊ sententias breuiter tangere est vti le. Dixit ergo Anaximenes q spiritus icidēs nubi/ bus tonitrua generat ⁊ deinde cum claudatur per ob stantia ⁊ inclusa euadere ipe sua fuga incendit ignem: eodem autem mō dixit Anaximandrus q tonitrua sūt nubis icte son⁹ q̄ ict⁹: qz ieqlis est iō ⁊ ipa tonitrua ieqlia sūt: tonat āt vt iquit aliqñ in sereno qñ spūs si/ ue vēt⁹ psilit p excussū aera: sz hoc tñ nō hz veritatē ⁊ hoc nos iprobabim⁹ asserit tunc Anaximādrus q qñ est debilior vēt⁹ qui in sonū valet ⁊ nō in ignē tunc sonat sine fulgure ⁊ fulmine vñ diffinitēs fulgura ⁊ ful mē dicit fulgura eē aeris reducētis se corruētis: qz lacta tionē languidū ignē nec exitum operiētem fulgura āt acriorīs dēsiorīs qz igniti spūs cursū. Alij q̄dē scrutati posteriores ⁊ p̄cipue Eraclit⁹ q̄ spūm aereū omnium posuit eē principiū dixerūt: qz cū aer in ignē ⁊ aquam mutabil sit nō aliūde accipit cās flāmar: ipe. n. se mo uēdo accēdit ⁊ cōdēsos cōpactosq̄ nubiū sin⁹ dissi/ pat ⁊ iō necessario in tā magnor corpor dissipatiōe vastū ⁊ enormē redit sonū: illa enī nubiū difficulter ce dētiū pugna aliq̄d pfert ad pcitādū ignē sic ferro cō/ fert man⁹ ad secādū: cū tñ secare sit ferri pprie. Jn hāc āt sniam videnī icidē ea q̄ tradidit. Herodotus phus q̄ dicit q fulguratio videt eē aeris iflāmati velut apō nos icipiētiū ignīū conat⁹ ⁊ prima flāma icerta mō oc cūbēs ⁊ mō resurgēs q̄ antiq̄ fulgere media correpta dicebāt huius ēt snie est Seneca in q̄stionib⁹ nālib⁹ q̄ dicit q fulgurat cū repētiuū late lumē emicuit id enim euenit vbi in ignē aer extenuatis nubib⁹ vertit nec vi res qb⁹ longi⁹ psiliat iuenit: nō enī mix si aera aut mo tus extenuat aut extenuatio accēdit: sic. n. liq̄scit excus sa glans funda ⁊ a tritu aeris velut igne distillat ⁊ vo cat glādem pūblū modū habēs glandis qō fūda pti/ citur ⁊ subiungit q iō estate plurima sūt fulmina: quia plurimū est estas calida: fulmē āt est qō ē maioris vir tutis q̄ fulgur ⁊ cadit in terrā: fulmē. n. est fulgur incē sū vbi calidi fumi nā qō nihil aliud eē dicit nisi aerem terrestrē in nubes incidet ⁊ diu in illar sinu volutat nouissime erūpit ⁊ qñ vires nō hz splēdor est actu ful gura plus habuere māe ⁊ maiore ipetu arferūt nō ap parēt tātū: sz occidūt ⁊ tūc fulmina dicūt Asclepiado tus āt dicit aliter alīs: dicit enī fulgura ⁊ fulmina ⁊ to nitrua fieri collisione ⁊ excursu quorūdā corpor sic/ cor in aerez eleuator sic videm⁹ corpa q̄dā semp in aere moueri in radio solis veniētis p fenestrā: hec enī corpa vt ait multiplicant ⁊ se collidūt vi vētor ⁊ tūc inūdādo excutiūt ⁊ collisio facit sonū tonitrui ⁊ i col lisione igniunt ⁊ excutiūt seiuicē ⁊ hoc facit fulgur ⁊ fulmē. Jn idē āt incidit snia Democriti ⁊ Leucippi. p simile āt probat hic Asclepiadotus ⁊ p experimētū ⁊ simile q̄dez suū est q Ethna mons cicilie abūdans multo igne aliqñ ingētē multitudinē harenevrētis cū ipetu effundit: qō dicit accidisse ppter nimior corpo rum ipetū in vētre mōtis collisor experimēta aūt sunt duo: aliquādo enīz dies fuit obscurat⁹ ex nimio pulue re in aerē respersо ita q populus territ⁹ putauerat diē versaz fuisse in noctem ⁊ tunc sunt audita plurima to nitrua ⁊ visa fulgura ⁊ fulmina que ⁊ ille dicit excur/ su aridorum corporum facta sunt non nubium quas vt aut verisimiliter in tanto feruore aeris nullas fuisse

Aliud exẽplimẽtũ est qđ legit in hystorijs ꝓsarum: ꝙ rex Lãbises cõtra Amonẽ quẽdã tyrãnũ misit exercitũ quẽ harena mota vẽto australi ⁊ more nimis incidẽs ꝓio texit ⁊ tãdẽ obruit ⁊ tũc dicit fuisse tonitrua ⁊ fulmina attritu harene se cõfricãtis: oẽs ãt dicte positiones ⁊ alie similes eis reducunt in tres. Multi.n. dicũt ꝙ mã tonitrui sit ex vẽtis: sed differũt in duob⁹: dicũt.n. ꝙ cursus vẽtoꝝ sibi obuiãtiũ in aere in ipso suo impulsu facit sonum ⁊ collisio facit ignẽ eo mõ quo duo corpa collisa faciũt ignẽ sic ferrũ cũ fricat ad lapidẽ: sz mã vẽtoꝝ citi⁹ iflamat. Que dã eni corpa hũt hoc in nã ꝙ collisa citi⁹ ex eis excutit ignis q̃ ex alijs sicut taxus illisus edere aptior est ad eliciẽdos ignes. Alij ãt dicũt ꝙ nõ fit ex vi vẽtorũ oppositoꝝ sz poti⁹ ex vẽto incluso in vẽtre nubis aquee sic supra dixim⁹: sed ambe positiones ꝓsonant in hoc: ꝙ vẽt⁹ nõ sit nisi aer ipetu mot⁹ ⁊ nubes idem qđ aer crassus. Tertia ãt opinio ẽ Democriti ⁊ Leucippi: ⁊ Asclepiadoti qđ sit ex corpibus paruis terre strib⁹ ⁊ cõcurrẽtib⁹ in aere. Si ãt q̃rat ab omnib⁹ istis phis qđ est qđ mouet aerẽ invẽtũ ⁊ qđ ꝓmouet corpa pua in aere dicũt ꝙ id qđ oib⁹ ꝑstat motũ spũs est aereus ⁊ est ꝙ se mouẽs ⁊ primũ mouẽs ⁊ nũq̃ descens ⁊ hmõi signa dicũt eẽ duo velocitatẽ mot⁹ ei⁹: ⁊ violẽtiã volicitatẽ ꝑbãt ex hoc ꝙ defert visibile lumẽ in momẽto ad lõgũ spaciũ ⁊ vna vox statiz totã vrbem iplet: violẽtiã ãt probãt: qz subuertit montẽ ⁊ tecta ⁊ aquã ꝓtra nãm cogit ascẽdere sic dixim⁹ supra in tractatu de terremotu ex se g̃ mot⁹ spũs aere⁹ facit oia h sz vẽtũ terremotũ ⁊ tonitruũ cũ fulgure ꝛc̃.

Capl'm. ix. ⁊ est di. de. impossibilia que sequũtur ex dictis antiquoꝝ.

s

J quis ãt cõcedat ꝙ spũs aere⁹ seipz mouet in vẽtũ ⁊ in tonitruũ ⁊ fulgur sequit ꝙ aliqđ corp⁹ seipz mouet qđ icõueniẽs eẽ oñsũ ẽ in phi ci. viij. Sequit ẽt ꝙ idẽ ẽ mouẽs ⁊ motũ ⁊ agẽs ⁊ patiẽs ⁊ faciẽs ⁊ factũ: cũ.n. fit corp⁹ hõgeniũ spũs aereus hoc erit in pte qđ est in toto. Totũ aũt mouet ⁊ mouet: ergo q̃libet ei⁹ ꝑs tota mouet ⁊ tota mouet ⁊ tota agit: ⁊ tota patit: ⁊ tota facit ⁊ tota facta est q̃ absurda eẽ oñsa sũt in prio de gnãtione ⁊ corruptiõe ⁊ in.viij. phicoꝝ. Ampli⁹ aer ꝑm hoc erit semꝑ vent⁹ ⁊ nũq̃ aer: sic.n. diffiniẽtes dixerũt vẽtũ eẽ aerẽ effusũ siue motũ aerẽ ãt eẽ qñ est qđet⁹ nũq̃ aũt erit qđetus si ꝑ se mouet ꝙ si ꝑ se mouet ⁊ seipz mouet semꝑ mouet. Adhuc aũt qđ est ꝑbatũ ꝙ dat vẽtis oppositum motũ vt cõcurrẽtes faciãt sonũ ⁊ collisi faciũt ignem qđ eni eiusdẽ rõnis est in toto ⁊ in pte ⁊ ꝑ se mouet vno mõ ⁊ mouet motib⁹ oppositis: g̃ aere⁹ spũs nũq̃ hẽbit mot⁹ oppositos vt faciat tonitruũ ⁊ fulgur. Adhuc ãt q̃re nõ semꝑ tonat nõ est assignare istis rõnẽ ex quo spũs aere⁹ a seipo talẽ hz motũ. Cõtra eos aũt qđ dicũt spũs aereos facere tonitruũ extra nubes est: ꝙ maior vis vẽtoꝝ frequẽti⁹ est in hyeme q̃ in estate: ergo ꝑm istos tonare dz in hyeme plus q̃ in estate cui⁹ oppositũ ꝓcipim⁹ ꝑ sensũ. Utrũ ãt nubes sit idẽ ꝙ aer crassus ⁊ vẽt⁹ in mã nõ differat ab aere supi⁹ est declaratũ. De hoc ãt vtrũ ex cursu vẽtoꝝ oppositoꝝ ꝓueniat tonitru⁹ est q̃rẽdũ: cũ.n. oẽ corp⁹ ipellẽs ⁊ ipulsũ cũ violẽtia faciat sonũ videbit alicui sonũ qđ est tonitruũ ex tali cõcursu vẽtoꝝ ꝓuenire. Sed ꝓtra hoc est ꝙ nos qñ tonat nõ videm⁹ vẽtũ nubes ipellẽtem nisi vnũ ⁊ ꝓcipue qñ multũ ⁊ fortiter tonat: ergo nõ ꝓuenit tonitruũ ex cõcursiõe vẽtoꝝ oppositoꝝ. Ampli⁹ vẽti oppositi sic sibi occurrẽtes aut st eq̃ fortes aut vnusquiq̃ debilior alio si sũt eq̃ fortes. ergo stat vterq̃ sup aliũ ⁊ in medio fiet ad terrã reflexio vel in altũ: sicut si due aq̃ eq̃ fortes ꝙcurrerẽt ⁊ neutra posset diuertere ab alia oporteret ꝙ in medio vbi ꝓueniũt aut eleuarent aut depellerent: neutrũ ãt hoꝝ videm⁹ fieri. Si ãt vn⁹ est debilior reliquo tũc debilẽ cedet fortiori ⁊ tũc opprimit ⁊ non tonabit fortiter nec erit fulgur ibi: sz poti⁹ debilior extra regionẽ expellet ꝓpulsus añ fortiorẽ. Adhuc ãt cũ vẽtoꝝ oppositio in hyeme frequẽti⁹ sit q̃ in estate frequenti⁹ tonare deberet in hyeme q̃ in estate qđ nõ ꝓtingit. Quod ãt dicit Asclepiadorus de corporũ puoꝝ collisionẽ tõnẽ nõ hz cũ talia corpa magis sint in aere circũcirca q̃ in media regione ipi⁹: ⁊ tñ circa terrã min⁹ tonat ⁊ fulgurat. Adhuc in pluuia deprimunt hmõi corpa ad terrã: ergo in pluuia nõ deberẽt eẽ tonitrua ⁊ fulgura cuius nos videm⁹ totũ ꝓtrariũ ꝓtingere. Adhuc ãt pua corpa nisi fuerint aliquo ꝓtinẽte ꝓiuncta nõ faciũt magnũ sonũ sicut pz in granis milij q̃ cadẽtia vl̃ ipulsa sonũ nõ faciũt ẽt si in frumẽta sparganꝫ ꝑ aerẽ nisi fuerint in satis: ergo ⁊ pua q̃ sũt in aere q̃ nihil cõtinet: sz sparsa sũt tonitruũ efficere nõ pñt. Signa ãt q̃ inducit nõ est difficile ꝓbare qz illa ex alijs causis ꝓtigerũt caligo eni q̃ fuit ex nube fuit repressa ad terrã prio q̃ postea ad locũ frigoris retracta est ⁊ tonabat ꝓpterea porẽ terrestrẽ in se ꝓclusũ: harena ãt q̃ oppressit Labis regis exercitũ nõ de sublimi descẽdit: sz ab austro vẽto q̃ fortis est exsufflationis i desertis siccis accepta sup exercitũ est ꝓiecta eo modo q̃ adhuc diluuiũ harene sit in regionib⁹ calidis ⁊ siccis ꝑ vẽtũ australẽ vel aqlonarẽ. Sil'e aũt qđ inducit nõ ꝓbat ꝓpositũ cũ sufficiẽs collisio minimoꝝ corpoꝝ sparsoꝝ in aerere eẽ nõ possit habuimus tñ ex oib⁹ his rõnib⁹ ꝙ vent⁹ sit causa tonitrui ⁊ fulgoris.

Capl'm. x. ⁊ est disgressio declarãs dubia q̃ ꝓtingũt ex dictis Aristo.

r

Ꝉ deamus nũc ad dicta Aristo.: q̃rẽtes ⁊ solũtes dubia q̃ cõtingũt ex dictis ei⁹. Si.n. tonat qñ scindit nubes ⁊ in ipa scissione micat ignis simul erũt tonitruũ ⁊ fulgur ꝓpter qđ ergo antevident fulgura q̃ audiat tonitruũ. Si.n. aer ict⁹ p nubẽ vehiculũ est vtriusq̃ sensibilis. s. visus ⁊ audit⁹ eo ꝙ defert sonũ ⁊ splẽdorẽ videbit eq̃ cito eẽ apud aurẽ sicut apud oculum: ⁊ sic eq̃ cito debere audiri tonitruũ: ⁊ videri fulgur: adhuc ãt fulgur est vapor iccensus vt supi⁹ dixim⁹ vaporẽ g̃ illũ ꝑ spẽz vnã opz fieri qñ visio erit ꝑm actũ: sz in eodẽ vapore est ict⁹ nubil q̃ fecit sonũ: g̃ idẽ est mã visibilis ⁊ audibilis: sz vnus ⁊ idẽ mot⁹ i vno tpe ñ ẽ velocior ⁊ tardior: g̃ ille vapor eq̃ velociter mouet advisũ ⁊ ad auditũ. g̃ eq̃ cito accidit audire tonitruũ: ⁊ videre fulgur cui⁹ ꝓtrariũ accipitur ꝑ expta de differẽtia mutationis visus ⁊ audit⁹: ꝓpter qđ dicim⁹ visũ eẽ formaliorẽ q̃ sit audit⁹ ⁊ iõ nobiliorẽ eẽ visuz q̃ sit audit⁹. Sil'r ãt obiectũ visus est in aere nõ sic in mã tm̃ deferẽte siue via: sed est in eo sicut in spũali qđ est pspicuũ ⁊ ꝑm eẽ spũale h itẽtionale ipsa forma est visibilis: sz nõ est ita de obiectis aliorũ sensuũ: id.n. qđ est in aere ꝑm actõez lucis h est visibile. i. q̃ lux abstrahit ⁊ ponit in aere h est non forma rei: sz itẽtio forme rei: ⁊ iõ aer non est alb⁹ vl̃ niger vl̃ alia forma ifformat⁹ qñ in eo est visibile: qz nõ est ita nisi ꝑm itẽtiõez forme: ⁊ nõ ꝑm eẽ forme qđ hz in materia ⁊ iõ mot⁹ ei⁹ ꝑ aerẽ est subito ⁊ nõ in tpe: sz son⁹ ꝑm suũ eẽ ẽ in aere: ⁊ aer est mã ei⁹: qz vex eẽ soni nõ est nisi in aere: licet itẽtio soni ⁊ nõ eẽ recipiat in aere ⁊ iõ motus

ideo motus soni per aerez non est subito sed succes
siue in tẽpore: et ideo perceptio visus in tonitruo est
ante perceptionẽ auditus et ideo citius videtur fulmẽ
q̃ audiat tonitruũ: licet fm esse tonitruuz sit ante ful/
gul: qz tonitruũ est in ipa scissiõe vel ruptura nubis: et
fulgur est illuminatio ignis qõ apparet nube iam scissa
vel rupta: huius autẽ exemplũ aptũ dant Auicẽna et
Algazel de muliere lauante pannos eminus vltra flu
uium latũ: percussura enĩ quãdo dat supza pannos vi/
detur et non auditur sonus quẽ dedit nisi post tempus
interpositũ perfecta aũt oiuz hoz declaratio pertinet
ad scientiã libri de sensu et sensato. Quod aũt dicit q
idẽ sit vehiculũ splendoris et soni q non citius et tar/
dius mouetur in eodẽ motu: dicenduz q aer et vapor
non tñ immutant per id q sunt materia cozruscatiõis:
sed etiã per alterationẽ qz vapor ipse intensus alterat
totũ aerẽ vsqz ad oculũ in mométo etiã anteq̃ ipse p/
ueniat ad videntẽ et qz forte nunq̃ peruenit ad euz eo
q forte ad terrã nunq̃ descendit: sed sonans non ita al
terat sed potius generando figurã in materia aeris cir
cũfusi fz esse materiale soni q non potest fieri nisi per
spacium tẽporis et per hoc patet solutio questiõis. Di
uersificat aũt sonus tonitrui fm diuersitatẽ nubium in
spissitudine et qualitate frigoris et caloris fm diuersi/
tatẽ locorum fm q alte sunt nubes vel demisse: qz fm
hoc fortius sonat et minus et magis audiunt: et nõ tm
in h q tonitruum sit ex ruptura nubis: sz etiã in hoc
q tonitruũ causat p extinctionẽ ignis in nube lz autez
modo dicendũ esset quare cozruscatio descendit infe/
rius cũ sit ignis ascẽdere superius et quare cozruscatio
nõ videt in sereno cũ tpe sereno aer sit magis calidus
q nubes sunt et c. tñ differem⁹ ista donec postea dispu/
tabim⁹ h ptra eos q diuersa opinati sunt a nobis in sen
tẽtia dicta de causa tonitrui et fulguris.

Cap. xj. de ostẽsiõe insufficiẽtie dictoz antiquoruz
in causa tonitrui et fulguris et quare cozruscatio magis
apparet in nocte q̃ in die.

D Ico ergo q empedo. et sui q̃ dixerũt q cozru
scatio est ex coartatiõe radij solis diu colle/
cti in nubib⁹ dixerũt sine scia p cãm et absq
sufficiẽte inq̃sitiõe nature rei et signoz eius: si enĩ dare
tur h q dicit Empe. tunc in omni nube eẽt cozruscatio
siue eẽt parua: siue magna: qz omni nubi aduenit radi/
us solis ad min⁹ in elevatiõe ipsi⁹ et pgregat in ipa vir
tus ei⁹. Nos aũt nõ videmus q ois nubes pua et ma/
gna tonet et fulguret: qõ aũt dixerũt hoies q̃dã quoz
princeps fuit Clidonius vt supza dixim⁹ q cozrusca/
tio nõ est p ignẽ: sz est imaginatio h est apparẽtia q̃dã
q̃ videt et nõ est fm veritatẽ eo q cozruscatio nõ est ni
si illuminatio q̃dã q̃ puenit ex eo q aq̃ q̃ est in nube re
uerberat radiũ solis: aut ẽt fulget p seipaz ex h qõ agi
tat et mouet in nube: qz dñt q aq̃ videt lucẽ sicut ros
terraq luminosa qñ lata ẽ et circũuoluit in tenebris si
cut apparet in speculo circũducto de nocte et iõ ẽt di/
xerũt q cozruscatio maioris luminis videt ỏ nocte q̃
de die qz tũc magis apparet id qõ reflectit sup terssiõez
aque de lumine stellaz q̃ in die qz tũc obfuscat lumẽ
eius lumine solis et iõ minor est claritas in aspectu no
stro i excozruscatiõe diei q̃ noctis: iste q̃dẽ sermo Cli
donei erroneus est: qz si cozruscatio eẽt id qõ apparet
ex reflexiõe luminis sup aquã politã et tersã motã i nu
be tũc nõ debẽt apparere in coloze ignis subzubei: sed
potiꝰ palidũ et diuaricatũ debẽt habere splẽdorẽ et h
nõ videm⁹. Adhuc aũt cozruscatio hz ignis opationẽ
qz icẽdit cozpa sup q̃ cadit qõ nõ faceret si eẽt lumẽ di

uaricatũ sup aquã motã in nube. Adhuc aũt talis splẽ
doz ex aq̃ nõ puenit in die eo q tũc lumẽ solis regit ip
sum et iõ sup mare nõ appet: sz si icidat radi⁹ solis sup
aquã in domo vbi sũt tenebze et lumẽ tenue ibi appet:
sz nos videm⁹ cozruscatiõez frequẽter p diẽ cũ radio
solis lucere: oia q̃ ista significãt nobis q nõ ẽ ita sicut
illi dixerũt: sz q potiꝰ vẽt⁹ disrũpit nubẽ cũ ipetu ve/
lociter et iflãmat ignẽ ex agitatiõe ei⁹ in nube et tũc mi
cat ignis et nõ ẽ ex cã quã dederũt q̃dã phi q̃ cãz verã
ignozauerũt: q aũt p noctẽ magis appet q̃ i die due sũt
cãe: vna gñalis q̃ est ex hoc q oppolita iuxta se posita
magis eluceſcũt et iõ splendoz cozruscatiõis maioz vi
det in tenebzis q̃ in lumine qõ est fortiꝰ ipo. Scõa aũt
cã ẽ qz frigꝰ noctis adiuuat pdẽsationẽ nubis et qñ nu
bes fortiꝰ pdẽsat vapor siccꝰ in nube magis agitat et
cõprimit et ẽt magis iflãmat et tũc efficit flãma maio/
ris et fortioris luminis et cozruscatiõis.

Cap. xij. et est digressio de nũero dubitabiliũ circa
sniam Aristo. et de dubitabili primo qõ est vtrũ simul
vel successiue eleuatur vapor humidus includens: et
vapor siccus inclusus in eius ventre.

O Portet aũt nos digressionẽ facẽ eo q sex du/
bitabilia snĩaz Arist. circũstãt q̃ opz declara
re vt facilior sit doctrina. Est aũt primũ vtruz
simul vel successiue ascẽdãt vapor hũidus includẽs et
vapor siccus q̃ iclusus est in ventre eius. Scõm autez
vtrũ possibile sit vaporẽ in vapore pcludi vel sit h im
possibile. Tertiũ vo vtrũ ptingat nubẽ supius et iferi
us et in latere scindi equaliter vel inferius tm sicut vi/
det supponere phus. Quarto aũt querem⁹ vtrũ ptin/
gat vaporẽ inclusuz inflãmari et quo mõ. Et q̃nto vtz
vapor inflãmatus totus simul exit vel successiue. Se/
xto et vltimo vtrũ ptingat cũ in vẽtre nubis frequẽter
agitari: hec.n. oia supponẽdo relict Arist. vel forte nõ
venit ad nos tota doctrina eius de cozruscatiõe et toni
truo. Dicamus ergo primo vtrũ simul eleuẽt isti va/
pores aut successiue. Si enĩ ea q̃ nõ equaliter sũt faci/
lia ad resolutionẽ nõ eque cito resoluũt ab eodẽ agẽte
cũ aq̃ faciliꝰ resoluat caloze solis q̃ terra videbit citi/
us eleuari vapor aque q̃ terre et ita nõ eq̃ cito eleuant
duo vapores vz icludẽs et iclusus. Si.n. nõ eq̃ cito ele
uant tũc videt q posterior nũq̃ pſequit antecedẽtẽ et
sic nũq̃ videt icludi in ipo: adhuc aũt siue simul ascen/
dãt siue nõ simul q̃ ẽ cã q vnꝰ icludit i altero: videbit
enĩ vterqz diffũdi in aere et nõ in altero icludi: adhuc
ãt si pcedat vnꝰ i alio icludi q̃ eẽt cã qõ magis vapor
terreus icludit in vapore aqueo q̃ ecõuerso: nõ. n. est
de h adhuc aliq̃ rõ assignata pterea manifestuz ẽ oẽm
vaporẽ caloze eleuari et caloze disgregari q̃ q amp. ca
lefit amplius disgregat. Sz ille q iflãmat amplꝰ cale
fit et ille ẽ vapor siccus: q̃ vapor siccus plus disgregat
q̃ humidꝰ sz ille q magis disgregat magis natꝰ ẽ iclu
dere: et ille q minꝰ disgregat magis natꝰ ẽ icludi et sic
pſequẽtius videret vapor siccus icludẽs vaporẽ hu/
midũ q̃ ecõuerso. Hec aũt et hmõi dubitabilia soluũt
si antecedẽtia reuocẽt ad memoriã. Dico aũt q vapo
res hũidi et sicci et simul et successiue pñt eleuari et sem
p possibile erit icludi vaporẽ siccũ in hũido: et nõ ecõ
b Is habis loquamur de putrefactione que ta li generationi que dicta est contraiacens est z opposita. Simpliciter enim accepta gene ratione mixtoꝝ ꝫrium qõ habet z principiũ est putrefactio: illud enim ꝫrium cõe tali generationi qõ est via in corruptionem nãlem in omnibus rebꝰ tã nãlibus q̃ artificialibus: h aũt est putrefactio: qz illa est via in corruptione oium rerum nãlium z artificia/lium: qz nãlia senescunt: artificialia vo vetereſcunt: lz enim seniũ ꝓprium non sit nisi viri: nec mulier ꝓprie senex dicat ꝓpter qõ etiã Priscianus dicit q̃ ois cõ/paratiuus in or desinens est cõis generis p̃ter senior qõ est generis masculini: tamen hic transumitur ad oi um nãlium naturalem corruptionem que fit per frigꝰ sub intrans in locum caloris nãlis: qz exalauit secum educto humido naturali. Uetustas aũt artificialium ẽ que putrescunt etiã per corruptionem naturaliuz que sunt mã ipsorum: omne enim qõ antiquatur z senescit tendit in mortem z corruptionem: horum aũt omniũ finis est putrefactio nisi violentum aliquid eorum cor rumpatur per incendium z combustionem: qm̃ si ali/ter etiam accidentaliter z violenter res corrumpatur sicut si animal occidatur vel arbor secet̃ tñ in fine pu/trescit: combustum aũt nũq̃ putrescit: ideo qz si com/bustione consumptum est per combustionez venit ad eundem finem ad quẽ venitur per putrefactionem: cũ enim res comburitur calor ignis extrahit calorem na turalem qui rem in esse continebat qui exalans trahit secum humidum naturale quo vlr educto primũ res relinquitur arida: z tandem discontinuatur z decidit in cineres: z similiter fit in putrefactione: ita enim ca/lor aeris exterior educit calorẽ nãlem de mortuo cor pore mixto: qui eductus secum trahit humidum nã/le quo educto aret z incineraf corpus mixtum. Con/stat ergo q̃ omnium per nãm mixtorum corporũm si habeant finem corruptionis nãlis illis finis est purre factio. Cum enim finis compositi mixti sit resolutio ĩ sua componentia: putrefactio aũt est resolutio in illa ops finem ipsorum que naturaliter corrumpuntur z mixta sunt esse putrefactionem. Signum aũt huius ẽ q̃ effectus putrefactionis ſm ordinem inueniuntur ĩ ipsis mixtis que nãliter corrumpunf eo q̃ calor natu ralis ex ipsis exalat secum trahens humidum natura le: ideo que putrescunt primo inueniuntur humida in superficie: educto autem vlr humido vt diximus fiũt arida z adhuc plũs recedente humido continuãte ab ipsis in toto inueniuntur per putrefactionem incinera ta. Ex calido enim z humido z terra facta sunt: z iõ per putrefactionem resoluunf in illa z hec manifestã/tur in resolutione eorum: siccũm enim qõ est in ipsis ꝺ substantia terre est z hoc terminatum est z ad formã mixti z continui deductum per operationem actiua/rum qualitatum per modum superius determinatum ſ. q̃ calidum est cõmiscens z ad formam deducens z frigidum adunans z coagulans partes ad formã tor titer tenendam z figuram que consequitur formã mi xti corporis qz omne corpus naturale figurã hz nãlẽ suam propriam formam consequentem.

Cap. vj. z ẽ digressio declarãs q̃re cõbustio sit cor ruptio violẽta z putrefactio nãlis est corruptio.

e St autem attendendum q̃ licet putrefactio z combustio habent vnum finem: z similem viam resoluendo corpora mixta: tamen pu/trefactio naturalis est z generationi naturali ipsiꝰ mi xti opposita z combustio est violenta: cuius causa ve ra est: qz naturalis actio non est nisi fiat aliquo princi/piorum naturalium z intrinsecorum operante vel co operante: putrefactio ergo erit vna naturalis cum fi/at calore intrinseco educente humidum. Calor enim naturalis sicut supra diximus duo habet. s. vim natu/re cõmixti corpis: z vim caloris ignis. Est autem na/turalis corruptio quotiens emittit virtutem mixti cor poris propter defectum alicuius vel aliquorum prin/cipiorum conseruantium mixti corporis cõmixtionẽ sub forma substantiali: tunc enim non retinet nisi pro/prietatem caloris ignis respectu mixti illius ipse fuit calor naturalis: est autem proprietas ipsius ignis diſ/soluere z educere sbtile a grosso quod facit calor ille humorem naturalem continue ad superficiem educen do z tunc humescit extra mixtuz sicut ligna z anima/

lia ⁊ lapides que incipiunt putrescere. Cum ãt humi/
dum illud quod ante fuit continue eductum tandem
relinquitur cinere in putrefacto. Combustio aũt non
sic agit eo ꝙ calor naturalis non adhuc a virtute na/
ture distinctus sit: ⁊ ideo fit ibi violentia qz calor ite/
rior cum sit in vigore nature adhuc est mixti: ⁊ iõ in/
ꝙtum talis nihil coagit igni comburenti sed reluctat
⁊ vim patitur: vnde totum principium combustionis
est extra cui nihil confert siue coagit calor naturalis:
intrinsecus inꝙtum est naturalis: ⁊ ex hoc patet cau/
sa quare combustio violenta est ⁊ putrefactio nãlis:
nec est alia huius cã que vera sit. Dixerũt tamen q/
dam ꝙ ideo combustio est violenta ⁊ putrefactio na
turalis: qz modum alium dissoluendi habet combu//
stio ⁊ alium putrefactio: combustio enim dissoluit su
bito vel cito: sed putrefactio paulatim: ⁊ qz opus na/
ture non est velox: ideo propter modum istum dixe/
runt ꝙ combustio est violenta ⁊ putrefactio natural.
Sed nulla omnino solutio est qz modus consequitur
rem cuius est modus: ⁊ ideo non est causa rei ꝙ sit na
turalis vel ꝙ sit violenta. Alĩ autem dixerũt ꝙ ideo
putrefactio est naturalis: qz naturalia vt quedam ani/
malia innascuntur putrefactis: sed non innascuntur ta
lia combustis: ⁊ hoc etiam nihil est ad propositũ: qm̃
si putrefactio naturalis est tunc erit naturalis ei quod
est subiectum eius ⁊ cui⁹ generationi contrariat: hoc
autez est id qõ putrescit: ⁊ non id qõ generatur ex pu
trefacto: ⁊ ideo tenendum est sicut dicit prima solutio
Est autem dubium adhuc de ipsa fm se considerata
putrefactione: cum enim omne naturale constitutiuũ
sit nature ⁊ appetat a natura: ideo enim est naturale:
videbitur ꝙ nequaꝙ putrefactio sit naturalis eo ꝙ ip
sam naturam destruit ⁊ corrumpit ⁊ a nullo desidera
tur animalium: sed fugitur ab omnibus aut hec obie/
ctio similiter de omni corruptione fm natũram. Est
autem ⁊ alia obiectio qz non omnia mixta videntur
putrefacta ita ꝙ corruptio ipsorum sit putrefactio qz
lapides ⁊ metalla non videmus extra humescere ⁊ tã
dem arescere ⁊ vltimo incinerari: ⁊ viuorum corrup/
tio fm naturam potius videtur esse mors ꝙ putrefa/
ctio. Putrefactio enim nõ accidit viuis nisi postꝙ cor
rupta sunt per mortem. Sed adhuc plane soluitur p
antedicta qz motus naturalis non vno modo dicitur
naturalis sicut nec priuatio nec habitus. Dicitur eniz
generatio naturalis eo ꝙ per naturalia agentia ⁊ pa/
tientia sit via in naturam: ⁊ dicitur corruptio natural
eo ꝙ per naturalia sit via extra naturam. Non autem
vno modo se possunt habere naturalia agentia ⁊ pa/
tientia in generatione que est via in naturam ⁊ in cor
ruptionem que est via extra naturam: sed potius cum
in generatione agant ⁊ patiantur informata virtutib⁹
que dicuntur formatiue ipsius naturalis rei que gene
rantur oportet ꝙ in corruptione agant ⁊ patiantur de
stituta a virtutibus illis: retinent tamen virtutes pro/
prias fm ꝙ sũt qualitates simplicium elementoruz: ⁊
ideo licet vtraqz nãlis sit tamen generatio magis ẽ na
turalis ꝙ corruptio: nãle tamen est ꝙ leue discedat a
graui: ⁊ calidum a frigido: ⁊ humidum a sicco: ⁊ hec
natura est simpliciũ: non mixtoruz. Sicut eniz ad mi
xti nãm nõ mouet aliquid habens motũ rectum: sed
potius id qõ habet motũ ad oblique circuli in celo si
cut sol ⁊ planete. Et fm peryodum illius motus attẽ
ditur temp⁹ generationis: ita necesse est ꝙ qualitates
mixtoꝝ destitute virtutib⁹ peryodi moueant ad cor/
ruptionem ⁊ fm recessuz ab illis virtutib⁹ erit tp̃s nã
lis corruptionis: vnde fm istam sniam non est verum
ꝙ omne nãle semper rem constituat: qz priuatio q̃daz
nãlis est ⁊ rem destruit. Similiter non est verꝝ ꝙ om/
nis res naturalis appetatur a re cui ipsa est naturalis
eo ꝙ nõ vno modo vt dictũ est dicit naturale. Ex his
etiam liquet ꝙ falsũ est qõ dicũt quidam ꝙ corruptio
naturalis sit rei delectabilis: qz hoc in nullo reperim⁹
⁊ est ꝓtra rei operationes: qz omne qõ corrũpit corrũ
pentibus resistit ꝙtum potest eo ꝙ non desiderat ali/
qd suam destructionem ⁊ corruptionẽ sicut dicit phs
Patet etiam ex dictis ꝙ eadẽ res violenter corrũpit
per combustionem: ⁊ tamen nãle est ei comburi quan
do ponit in ignẽ: compositio enim violenta sit ꝓpter
cãm superius dictam sed componentib⁹ nãle est resol
ui per agens ad dissolationem corũm calidum ignis.
Qõ autem obꝯcitur de lapidibus ⁊ alĩs que raro pu
trefieri videntur per viam supza assignatam: dicendũ
ꝙ res cõmixte diuersimode se habẽt in hũido. Que
dam enim parum habent vltra humidum continuãs
sicut lapides. Et quedam habent multum sed cõstat
per frigidum coagulans sicut metallica: ⁊ quidam la
pides: ⁊ ideo in lapidibus qui putrescunt non multuz
inuenitur vestigium humoris cum tamen in veritate
educatur quando putrescunt. In metallis autem diffi
culter educitur impediente frigido eo ꝙ frigida coa/
gulata non cito putrescunt vt infra dicemus: tamẽ qñ
putrescunt educitur: ⁊ hoc apparet in rubigine metal
lorum. Qõ autem de morte qõ est viuorum corruptõ
queritur soluendum est per hoc ꝙ non est intentio hu
ius libri loqui nisi de effectibus primarum qualitatuz
in mixtis corporibus. Mixta aũt corpora composi/
ta ex contrarĩs in rebus naturalibus tres habẽt dif/
ferentias. Sunt enim quedam mixta que sunt ex con
trarĩs mixtis. Et quedã sunt complexionata supza
mixtionem que complexio est multiformis fm domi
nium vel equalitatem humorum qui sunt frigidi exꝫ
rĩs permixtis. Et quedaz sunt mixta ⁊ composita ex
partibus etherogenĩs sicut est manus ⁊ pes ⁊ cor ⁊
epar ⁊ hmõi ⁊ hec apud phos vocantur corpora cõ
posita qz magis composita sunt eo ꝙ modum habent
omnem compositionis. Mors autem ⁊ vita non sũt
mixti inꝙtum est mixtum: sed potius complexionati
⁊ compositi: sed cum putrefactio sit resolutio natura
lis cõmixti inꝙtum est mixtum ex elementis ⁊ quali
tatib⁹ eorum oportet hic agere de ea absqz dubio eo
ꝙ fiat mentio de morte ⁊ vita: vnde cum post mortẽ
relinquatur corpus mixtum illius proprie est resolu/
tio naturalis pũtrefactio ⁊ per hec dicta facile intelli
git id qõ dicturi sumus de putrefactione.

Capitulum. vij. qualiter ⁊ que res putrescũt ⁊ per quid.

Sit enim putrefactio mixti quotiens vincit
f terminans terminatum per continens. Dixi
mus enim supza ꝙ terminans est calor natu/
ralis: terminatum autem est humidum: continens au/
tez est aer ⁊ locus omnis rei naturalis que commixta
est ex contrarĩs. Ex qualitatibus vo loci est ꝙ calor
loci resoluit calorem terminantem ⁊ trahit euz ad ex
teriora ad se: ⁊ tunc ille calor qz terminans fuit vin/
cit humidum naturale quod fuit determinatum ⁊ tra
hit ipsum secum: ⁊ tunc humescit res insuperficie: ⁊
educto humido erit arida ⁊ tandem cinis vincit si qd
calor terminans humidum ⁊ in generatione sicut su/
pza diximus. Sed alia est victoria ꝓportionalis nãe

mixti

mixti que est in generatione. Et alia est victoria simplex que est cum excellentia proportionis: ⁊ h̄ est in corruptiõe que vocat putrefactio ⁊ postea q̄dē ē calor is naturalis inquãtum naturalis est: qz ex hoc q̄ naturalis sit habet proportionem. Secunda est calozis ꝟz q̄ est calor tm̄: qz ille non attendit proportionem sed semper segregat subtilia a grossis: fit autem euocatio calozis interiozis per calozem loci continentis. Si excellat interiozem calozem exteriox quia quicquid calozis est extra per lumen solis ⁊ stellarum ⁊ calefactionem ignis: vel ex alīs quibuscunq̄ causis non cõtinuatur rebus mixtis nec tangit eas nisi per superficiem loci continentis. Jn eo autem in quo tangit etiam agit ⁊ in quo agit in eodem alterat ⁊ per consequens putrefacit vt dictum est. Probatur autē hec expositio nostra ex modo loquendi philosophi cum ipse vbiq̄ terminans vocet calozem naturalem ⁊ terminatuz vocet naturale humidum ⁊ continens vocet locum. Fuerunt tamen non parue auctozitatis viri qui dixerūt terminãs esse locum ⁊ continens esse solem q̄ circulationis motu continet ⁊ ignē quia continet circulo ⁊ situ: ꝟz oportet q̄ id continens imprimat qualitatem suam loco terminanti ⁊ postea locus terminans vincat naturam mixti quod terminatum per locum appellauit. Siue ergo hoc modo siue predicto modo dicatur oportet q̄ interiox calox caloze loci vincatur licet enim locus sit saluatiuus locati per hoc q̄ locus est: tamē per hoc q̄ excellit in qualitatibus actiuis ⁊ precipue in calido nihil prohibet fieri causam corruptionis que est putrefactio. Putrefactio enim ⁊ proprie dicitur in his que ꝟz partem corrumpuntur cum a natura faciente ⁊ conseruante mixturam separantur: in toto enim putrescunt mixta in toto: sed ea que in parte mixta sunt sunt sicut elementa in speris suis permiscentur in illis etiam ſm partem erit putrefactio proprie dicta: quia sic alienū calidum educit ab aere mixto humiduz alienum sibi immixtum ⁊ ab aqua calox accidentalis intraneus: ⁊ extra euocatur a caloze exteriozi ⁊ educit secum humidum corruptuz sicut patet in estate quando sup aquas stantes generantur ampulle ⁊ viscosa quedam ⁊ pinguedini similis pellis extenditur in superficie. Similiter fit eductio humidi corrupti a terra propter accidẽtalem calozem qui intraneus est terre ⁊ euocatur tempore calido. Jn solo autem igne non fit talis putrefactio ⁊ hoc ideo fit quia in simplici putrefactio non potest esse aliqua cum simplex nihil habeat alienū ⁊ hoc modo nec simplex aer nec simplex aqua nec simplex terra putrescit. Si autem mixtus sit ignis tunc est similis combustioni ⁊ ideo putrescere non potest propter causam superius assignatam: ideo vniuersa reliqua inquãtum mixta sunt putrescunt preter ignez etenim terra atq̄ aqua nec non ⁊ aer inquantum miscentur putrescunt omnia enim hec in putrefactione erunt materia ignis quia ignis calido suo agẽte putrefacit ea. Si autem elementa essent simplicia non putrescerent: qz tũc in aqua ⁊ terra essentialis frigiditas impediret putrefactionem: in aere autem humidum spirituale esset ab eo inseparabile: ⁊ ideo putrescere non posset. Adhuc autem licet simplicia transmutentur ad seinuicem per generationem: non tamen per putrefactionem: quia in putrefactis relinquitur aliquid preiacens vt aridum ⁊ cinis sed non fit tale relictū in corruptione elementoꝝ sed potius totum transit in corrumpens: mixtoruz corruptio in hoc differt a simpliciuz corruptione: quia mixta corrumpuntur in simplicia preiacentia ex quibus componuntur. Simplicia autez quia nihil habent preiacens ex quo componantur corrumpuntur in contrarium quod corrumpit ea.

Capitulum. viī. quid sit putrefactio ⁊ qualis est effectus frigidi ⁊ calidi: ⁊ quare frigiditas dicat mortificatiua.

Putrefactio vo est corruptio facta in vnoquoq̄ humido intraneo qõ humiduz subiectum est caliditatis proprie que est ſm naturam ab aliena caliditate. Cum enim sit generationi contraria putrefactio oportet ipsam in generatione corruptionis esse: agens autem primuz est aliena caliditas attrahẽs naturalem ad exteriora: ⁊ ideo illa caliditas que est p̄pria mixto eo q̄ sibi soli conuenit ⁊ est ꝟz naturã eius eo q̄ virtus naturalis mixti formandi ⁊ conseruandi sit in ipsa corrumpitur ab aliena caliditate: non inquantum est caliditas: sed inquantuz est nãlis: quia per hoc q̄ est naturalis proportionalis est nature mixti in qua proportione contrariatur aliene caliditati ⁊ per illam contrarietatem corrumpitur ab ipsa: cum etiam illa naturalis caliditas corrupta sit in vnoquoq̄ hũido: hoc est in vniuscuiusq̄ rei naturalis mixte humido: sicut in subiecto quod terminatur quãdo proportionaliter vincit ipsum: oportet necessario q̄ quando corrumpit ab aliena caliditate ⁊ amittit proportionem ad humidum naturale: quod agat in ipsum dissoluendo ipsum ⁊ educendo per locum quem aperit ⁊ laxat aliena caliditas: hoc est per poros corporis mixti ad superficiem ipsius: ⁊ sic putrefactio congrue diffinita est cũ diffinitio eius contineat genus proprium ⁊ agens primū qõ est caliditas aliena: ⁊ agens proximū qõ est caliditas naturalis corrupta: ⁊ subiectum proprium quod est vniuscuiusq̄ humidum: tales enim debent esse phisice diffinitiones. Caliditas autem aliena corrumpens absq̄ dubio est caliditas loci continentis: vt supra diximus: ⁊ ideo quia mixtum putrefactionez patitur ex defectu calidi proprij ⁊ naturalis quod educitur ex ipso cum talis virtus in ipso deficiat erit frigidū: ⁊ ideo frigida inueniuntur omnia que putrefacta sunt ⁊ sic putrefactio dicitur causata ab vtraq̄ virtute actiua: scilicet caliditate ⁊ frigiditate ⁊ communis est passio siue effectus vtriusq̄ sed differenter qz est effectus frigiditatis proprie ⁊ caliditatis aliene. Frigiditas enim que est in compositione mixti ad partium coadunationem ⁊ coagulationem que proprie frigiditas est rei sicut sepe diximus exiens calidum ⁊ deficiens expellit a se ⁊ manet in partibus terrestribus relictis in putrido. Caliditas autem aliena expulsum ex se calidum naturale ad se trahit: ⁊ sic ab vtraq̄ actiua virtute perficit putrefactio ⁊ remanet algor siue frigus essentiale partium terrestrium ⁊ aquearum componentium mixtum in fine putrefactionis vt terminus ipsius: ⁊ ideo quo magis res putrescunt sicciores fiunt ⁊ terrestres ⁊ in vltimo remanent terra ⁊ fimus qui nihil aliud est q̄ terrestria corrupto humore putrefacta ⁊ infusa. Exeunte autē calido simul cuz ipso exalat humidū naturale eo q̄ calor humidum subtile secum trahit. Jn re autē nihil remanet qō inducat ⁊ retrahat humidū qz nihil posset ipsum inducere nisi calor ⁊ ille est in fuga ⁊ recessu oportet ergo q̄ relinquat siccus cinis in fine putrefactiõis: lz eni frigꝰ ꝓdẽsando trahat siccū ignis ad

humidum aeris ⁊ spirituale humiduz aeris ad corpo
rale humidum aque: tamen a grosso terrestri propter
eundem effectum condensationis exprimit humi/
duz ⁊ ideo cuz frigus quod est in putrefacto sit in gros
so terrestri exprimit ab ipo humidum: ⁊ ideo eductio
humidi naturalis: tã est a frigido exprimente q̃ a cali/
do extrahente: ⁊ hec est cã ex parte humidi naturalis
sumpta quare putrefactio est effect⁹ frigiditatis ꝓprie
⁊ caliditatis aliene. Ulterius etiam hic videtur qua
re frigiditas dicitur qualitas mortificatiua ⁊ caliditas
qualitas viuificatiua a phis: qz patet q̃ nihil operatur
ad naturã ⁊ generationẽ mixtoꝝ nisi caliditas natura
lis ⁊ cõplexionalis ⁊ hec ad corruptionẽ mixtoꝝ nõ
operat nisi inquãtũ est aliena ⁊ nõ inquãtuz est calidi/
tas sed frigiditas ꝓpterea dupliciter operat ad corru
ptionẽ mixtoꝝ p naturã ⁊ nõ operat ad ꝓseruationez
⁊ generationẽ eoꝝ nisi per accidens ⁊ ex parte coadu
nationis materie.

Cap̃. ix. de his que impediunt putrefactionez ⁊ de
causis propter quas impediunt.

Quod aũt caliditas aliena ꝓtinentis loci cau/
q sa sit ptrefactionis corpoꝝ mixtoꝝ optime
liquebit si impedimenta putrefactionis ꝓside
remus que quidẽ multa sũt sed quinqz nobis sufficiũt
ad ꝓpositi declarationẽ. Res enĩ min⁹ putrescũt in fri
goribus q̃ in estu: ⁊ hoc ideo est qz in hyeme in loco
aeris ꝓtinentis corpora mixta paucũ est calidũ ⁊ mul
tũ frigidũ: paucũ autẽ calidũ nõ prevalet corrũpere ⁊
evocare calorẽ naturalẽ ⁊ multũ frigidũ repressiuũ est
calidi naturalis intus: ⁊ clausiuuz poroꝝ corporis ne
spiritualiter exalet naturale humidũ: ⁊ hoc faciunt ad
rei cõseruationẽ a putredine sed in estate oppositis de
causis res magis putrescunt. Unde autẽ potest ꝓtinge
re q̃ frigus est mortificans calidũ naturale ⁊ expellẽs
ipsum ad exteriora ita q̃ ibi ꝓdensatus in humido de
struit rei mixte naturã ⁊ complexionẽ ita q̃ recedente
frigore res putrescit sicut putrescunt membra frigore
mortificata sed tñ nõ erunt motus putrefactionis nisi
recedẽte frigido sicut patet in mortuis in frigido ꝓge/
lante: stant enĩ ad multos annos ⁊ nõ fetent nec putre/
scũt ⁊ hoc est in alpibus vbi sũt perpetus frigora. Ad
hoc etiã si ꝓtingat q̃ calidũ est ꝓdẽsatũ in aliquo in il/
lo posito corpora citius putrescũt ⁊ ideo sub terra po
sita in qua condensat calor citius putrescunt q̃ stantia
in aere: qz in aere sepe succedit frigus calori qõ reper/
cutit calidũ putrefaciẽs ad interiora corporũ. Hac de
causa ossa albiora efficiuntur sepulta q̃ nõ sepulta: qm̃
calor ꝓdensatus in terra fortior est vt diximus in ter/
tio huius scientie libro: ⁊ ideo decoquendo extrahit
ab ossibus humiduz pingue quo extracto efficiunt al
biora. Similiter ea que frigido sunt coagulata nõ cito
putrescunt: ⁊ hoc ideo est qz coagulatum frigido sicut
sunt metalla magis est frigidũ q̃ aer ꝓtinẽs sit calidũ:
⁊ ideo effectus frigidi non prevalet aer: qz frigus coa
gulans claudit poros ⁊ ꝓstringit intus calidũ comple
xionale siue naturale in tãtũ q̃ calor aeris ea nõ valet
aperire nisi paꝝ ⁊ in quibusdã: ⁊ ideo quedã eoꝝ ru/
biginosa efficiunt ⁊ q̃dã nõ sicut aurũ rubiginẽ nõ cõ
trahit. Si autem calidũ exterius esset movens ⁊ alte
rans coagulatũ tũc vinceret sed hoc sic prevalet face/
re calor aeris sed potius calor ignis ⁊ ille nõ putrefa/
cit qz aut soluit ⁊ nõ facit plus aut elaxat ea sicut infra
dicemus: aut cõburit: ⁊ nullo istoꝝ modoꝝ fit putre/
factio. Amplius si aliq̃d est qõ ferventẽ hz calorẽ intra
⁊ illud nõ putrescit ad materiã ignea ⁊ aquea ferueus
q̃ diu manet ferueus. Tũc enĩ calor aeris circũstantis
minor est q̃ calor rei: ergo sic tũc nõ prevalet calor ae
ris ad evocandũ calorẽ interiorẽ nec ad vincendũ ipz
anteq̃ faciat in eo aliquam permutationez hac de cau
sa calida naturaliter quando sunt excellentem haben/
tia calorez sicut est piper ⁊ galanga ⁊ huiusmodi: non
cito putrescunt precipue cum exsiccantur sed zinziber
putrescit citius illis propter coniunctum sibi humidũ.
Similiter id quod movet ⁊ id quod fluit sicut liquor
aque vel vini minus putrescit q̃ id quod non move/
tur. Excitatur enĩ calor qui est naturalis a motu ⁊ dif
fundit se per partes mixti: ⁊ ideo motus quo aer alte/
rat tale corpus infirmior ⁊ debilior est q̃ sit motus ca
loris naturalis id autem quod est debilius non trahit
ad se id quod est fortius: ⁊ ideo exterior calor aeris
non facit permutationem in calore qui inheret immi/
xto ⁊ est et naturalis: hec est causa q̃ vinum longe du
ctuz melius efficitur ex motu convalescente in ipso ca
lore naturali propter percussionem ⁊ motum partium
magis ⁊ subtilius digeritur humiduz ⁊ ipso magis di
gesto magis conveniens ⁊ sapidum efficitur. Etiam
eadem causa pendulum vinum ⁊ bene percussum ⁊
motum reuertitur aliquando in statum. Ex opposita
autem causa non motum vinum ⁊ precipue si soli op/
ponatur putrescit vel conuertitur in acetum: quia ca/
lor solis vel aeris extrahit ab ipso partes ignis ⁊ hũi/
dum subtile exalat cum illis ⁊ perit vinum. Eadem
causa multum tardius putrescit q̃ q̃ paruum est ⁊ pau
cum: quia multum si sit continuum ⁊ homogenium
multum habet calidum: quia omnis virtus naturalis
sicut est caliduz multiplicatur sua propria materia mul
tiplicata: ⁊ ideo in multo continuo: ⁊ homogenio mul
tum est calidum ⁊ illud non potest alterari ⁊ corrum/
pi calido aeris eo q̃ non excellatur ab ipso aeris cali/
do ⁊ ideo non putrefacit ipsum: est autem in tali mul/
to ⁊ magno etiaz plus de frigiditate essentiali que par
tes materie plus potest cõtinere q̃ calor aeris valeat
dissoluere: ⁊ hac de causa mare simul stans non facile
putrescit divisum autem in partes paludales citius pu
trescit ⁊ in alijs autem non dissimiliter ista inveniun/
tur: quia omnis aqua divisa citius putrescit eo q̃ frig⁹
essentiale eius non resistit calido aeris habenti extra
se partes subtiles ⁊ putrefacientz eas. Est autem dubi
um circa istud quoniam videmus q̃ grana multa com
posita simul citius putrescũt q̃ rara: ⁊ ideo sepe opor
tet reuertere frumenta ne putrescant: similiter autem
est de palea ⁊ de gramine quando in multitudine com
ponuntur. Sed hoc soluendum est quoniam grana ⁊
gramina non sunt continua ⁊ cum parua sint in com/
positione ipsorum generatur calor propter egrediens
ab vno quoqz ipsorum calidum naturale quod secum
trahit humidum ⁊ id incenditur propter vndiqz ad/
veniens ab omnibus calidum ⁊ ideo fumant talia om
nia quando putrescunt. Eadem causa prorsus dicta est
in fimo qui calet subtus ⁊ precipue quando extrinse
cus constringitur frigore repercutiente calorem ad in/
teriora: ⁊ ideo tunc magis putrescit obuians enim sibi
vndiqz calidum vndiqz facit confluere humiduz ⁊ pu
trefacit ipsum: cuius signum est q̃ fimus in medio est
humidus ⁊ calidus ⁊ in extremis ẽ frigidus ⁊ siccus.

Cap̃. x. ⁊ est digressio declarans quedam alia impe
dimenta putrefactionis: ⁊ que est ratio istorũ ⁊ ordo

Intelligendũ tñ q̃ sunt plurima ipedietia pu
i trefactõez sic̃ balsam⁹ myrrha ⁊ aloe ⁊ sal ⁊
ipse sol exsiccans sz oia h̃ ipediũt eã p hũidi

vehementem

vehementem exsiccationem propter caliditatez quasi vicinam quam habent ista humidum superfluum extrahunt ꝛ quia multuz exsiccant ideo contrahunt sicut ne continuans humidum locum inueniat exeundi: ꝛ ideo passa alteratiões fortes ab his que dicta sũt valde inueniuntur arida ꝛ dura contracta ꝛ in superficie rugosa ꝛ ideo inseparabile quasi efficiẽt ab eis humidum continuans: ꝛ hec est causa quare etiam corpora mortua conseruanẽ quando sunt infusa talibus: vel quando iacent in terra talem virtutez exsiccatiuaz habente: vnde etiam corpora macilenta melius a talibus conseruantur ꝙ multum carnosa. Est enim in corpori bus duplex humidum. s. continuans ꝛ quasi nutriens: ꝛ quando educitur humidum nutriens quod non multum adheret partibus corporis non oportet ꝙ educatur alterum quod est multuz membris adherens. Hec est causa quare lapides ꝛ ligna dura nõ cito putrescũt quia vltra humidum continuans paruz habent de humido. Numerus autem eorum que hic dicta sunt ꝛ ordo sic potest patere. Impedimentum enim putrefactionis aut est contrariuz putrefacto aut similis speciei cũ ipso. Si autem est contrarium putrefacti tũc est frigus ꝛ illud est aut extrinsecum aut intrinsecuz. Et siquidẽ est extrinsecuz tunc est frigus aeris in hyeme: ꝛ qz extrinsecum frigus per se repugnat alieno ꝛ extrinseco calido: ideo id est qõ magis impedit inter omnia impedimenta: ꝛ ideo hoc est primum. Si autem est intrinsecum frigus tunc est ibi coagulatio facta a frigido qz tamen naturaliter impeditur aliena caliditas ã frigido ideo id est secundum ꝛ precedunt hec duo omnia alia impedimenta. Si autem impediens putrefactionẽ est similis speciei cuz putrefaciente: tunc oportet ꝙ impediat quãtitate sine intensione sua: causa ergo istius intẽsionis: aut erit in ipa qualitate calidi naturalis: aut erit in causa calidi ꝛ quãtitate eius: aut erit ex subiecto ipsius qõ est materia eius in qua est: ꝛ si erit in ipsa qualitate sic erit feruor impediens: qz ideo alias duas precedit: qz essentialior ꝛ proximior est calido impedienti. Si autem est in causa calidi tunc erit motus: ꝛ ideo etiam si motus sit immoderatus tantum intenditur calidum quod consumit substantiam. Cuius exemplum conueniẽs est in lumine multe palee vel stupe vel igne Si enim quiescat extinguitur. Si autem moueatur accenditur ꝛ si moderatus sit motus consumet subam. Minimum autem essentiale calido est subiectũ in quo est ad cuius ꝙtitatẽ multiplicatur vt diximus ꝛ ideo hoc vltimum inter impedimenta assignatur.

Cap. xj. de animalibus generatis ex putrefactis in quo est digressio declarans solutionem dubitabilium que sunt circa hoc.

Innascunt aũt aialia ex putrefactis cuiꝰ cãz breuiter assignat phs dicens ꝙ hoc ideo fit: qz calor disgregãs corpus mixtũ per hoc ꝙ subtile extrahit ꝛ relinquit grossum est naturalis ꝛ nõ calor absolute: ꝛ ideo omnia ea que disgregauit humida ad superficiem tracta a frigidis siccis remanentibꝰ facit constare simul ꝛ congregari: ꝛ sic ex ipsis generatur animal: videtur autem admiratione dignum quod dicit calorem disgregantem partes mixti esse naturalẽ cũ nos supra necessario ostendimus ꝙ disgregare non hz inquãtũ est naturalis. Amplius aũt si esset naturalis esset adhuc in ꝓportione vincẽs humidũ ergo terminaret ipsuz ꝛ nõ putrefaceret. Et ad hoc dicit auerrois ꝙ animalia ħ innascuntur ex virtute stellarum ꝛ non ex virtute vel vi caloris naturalis: plato autem dicit a calore formarum eis dari vitam ꝛ animam. Sed si ex virtute stellarum generarentur hoc nõ posset esse nisi altero duorum modorum: scilicet ex virtute communi solis ꝛ motus eius quã habet in obliquo circulo aut ex propria aliqua constellatione que hoc faceret. Si autem sol primo modo communi esset causa generationis horum animalium tunc tempore certo deberent generari quando sol accedit ad equinoctium estiuale ꝛ tempore certo deberẽt corrumpi quando sol recedit a puncto equinoctij hyemalis ꝛ hoc non videmus. Si autem secundo modo ꝛ ab aliqua constellatione speciali fieret generatio istorum: tunc non deberet generari nisi illa constellatione existente: ꝛ hoc eẽt forte infra multos annos: dicitur enim cõstellatio specialis conuentus ꝛ respectus plurium stellarum ex eo ꝙ speciali modo congregãtur vel opponuntur vel aliter se respiciunt. Adhuc autem ꝛ phus male tangeret causam cum dicit ꝙ hoc facit calor eo ꝙ est naturalis. Quero autem insuper cuz caloris sit disgregare quod constare facit humidum eductiuum pellem ꝛ corpus animalis: ꝛ cum ipsum hũmidum effluens ex partibꝰ putrefacti corporis sit cõtinuũ: qz nõ generanẽ in vnũ aial sed multa: ꝛ cũ ipsum sit vnius nature quare quedam generata ex ipso sunt longa ꝛ stricta ꝛ quedã lata ꝛ breuia ꝛ quedã stricta parua ꝛ breuia: ꝛ vnde venit diuersitas colorꝫ illorꝫ aialiũ: ꝛ quare ex humido illo nõ generatur planta: precipue cum corpus putrefactum fuerit planta sicut arbor vel herba cum enim facilioris sit generationis plãta ꝙ animal: videretur forte alicui potius ex putrefactis debere generari plãtas ꝙ animalia. Ad omnia aũt ista satisfacientes dicimus ꝙ Aristo. optime redit causam generationis ex putrefactione ꝓ hoc quod dicit ꝙ calor est naturalis qz digregat licet enĩ corrupta sit proportio quaz habuit ad humidũ ſm ꝙ est humiduz putrefacti corpis: tñ nõ in totum corrupta est: qz remanet illius ꝓportiõis genus ꝛ ꝓ hoc facit ꝓstare humidũ extractũ in generationez alterius rei: precipue animalis imperfecti ꝛ frigidi sicut sunt vermes ꝛ rane vel serpentes quorum corpora fere in toto sunt similia: humidũ etiã non in toto amisit ꝓportionẽ simpliciter sz destructa in specie proportio remãsit in genere: ꝛ ideo subtile ipsiꝰ fit seminariũ alterius generati sicut. n. in semine aialis est vis formatiua aialis ſm nãz illiꝰ seminis q̃ vis est in spũ spumoso ꝛ nãli seminis opaꝫ ꝓ calidũ nãle: ita vis in gñe aialis ipfecti remanet in subtiliori hũido putrefacti qõ prio extra ꝓstat in pellẽ ꝓ frigidũ ptes faciẽs ꝓstare deinde calidum qõ est in ipo dissoluit aliqd de subtiliori hũido ꝛ facit inde spẽm q̃ nõ panizat. s. pellẽ illã ꝓstantez in circuitu ꝛ efficit vehiculũ virtutis formatiue q̃ est ex hũido ꝛ ex illa educit forma aialis: ꝛ ꝓ ħ patet q̃liter ille calor nãlis est ꝛ terminat ꝛ q̃lr nõ nãlis ꝛ dissoluit: dictũ aũt auerrois est ipfectũ: vex. est. n. ꝙ ois gñatio cãtur ex stellis ſz qõ ferũt i obliq̃ circulo circulo cõiter. Sz ħ nõ sufficit ad cãz i spãli sciẽdã sz potius addẽdũ ẽ qõ diximꝰ: fiũt aũt hmõi multa aialia ꝓpter diuisionẽ seminalis hũidi eorꝫ qõ de putrefacto ꝛ successiue ꝛ i diuersis ptibꝰ educit ꝛ ex ptibꝰ q̃ꝫ cõplexiões aliq̃ sũt diuerse sic ẽ os ꝛ caro ꝛ v̊mes. Cã aũt diuersitatis aialiũ gñatorꝫ ẽ diuisio seminis i matrice: ꝛ ħ mõ ẽt h ẽ ꝙ diuidit hũidũ ꝓ vices ꝛ ꝓ loca eductionis eiꝰ de putrefacto ꝛ iõ multiplicant aialia. Et causa similitudinis horꝫ aialiũ ẽ silitudo educti hũidi de corpe: ꝛ homogeneitas hũidi cã ẽ ꝙ hñt totũ corpus simile ꝛ non sunt composita ex multis etherogenꝫs

partibus: ꝙ autem quedam sunt longa ⁊ stricta: quedaz aũt breuia ⁊ lata causat ex diuersitate cõplexiõis humidi ex colerico calido ⁊ sicco generatur vermis longus ⁊ strictus eo ꝙ calor multum extendit in ipm ⁊ humor colericus non multum est dilatabilis. Ex flegmatico autez frigido ⁊ humido generatur animal latum ⁊ breue qz humor aqueus multum est dilatabilis ⁊ frigiditas non multum extendit ipsum. Ex sanguineo autem generatur medium inter longum ⁊ breue propter calidum ⁊ humidum temperata: ex malenconico autem naturali animal generatur strictuz ⁊ breue: ⁊ qz frigus non permittit extendi ⁊ siccitas nõ permittit ipsum dilatari: ex melancolia autem accidentali que est adusta generatur valde longuz exile: quia in feruore caloris eius multum extendit ipsuz ⁊ siccitas immoderata attenuat ipsum: sic enim colericuz crocei est coloris ⁊ sanguineum rubeum ⁊ flegmaticuz albũ ⁊ melancolicum nigrum: ⁊ si quorum materia permixta est horum etiaz quãtitas ⁊ color necessario permixta erunt: planta autem in tali generatione nunq̃ generatur: qz planta terrestris subẽ est multum: ⁊ humidũ quod per putrefactionem educitur subtile est ⁊ multũ aereum quod materia esse non potest plante sed alĩs ⁊ ideo etiam in animalibus natis ex putrefactione frequentissime crescunt ale: qz volatiles vermes sunt de leuiori ⁊ subtiliori humido.

Cap. xij. de digestione ⁊ indigestione ⁊ qualiter diuiduntur species.

Postq̃ autem diximus quid est generatio mixtorum ⁊ quid corruptio illi generationi opposita que putrefactio vocatur relinquitur, p fecto dicere consequentes species actiuarum virtutuz que cõmunes sunt: ⁊ continent sub se alias: quia de cõmunibus prior est speculatio. Uocamus autez species effectus quos efficiũt virtutes actiue ex his que subiiciuntur eis ⁊ constant per naturaz sicut sunt sicca ⁊ humida que sunt in rebus mixtis: hec enim superius diximus esse subiecta qualitatum actiuarum calidi videlicet ⁊ frigidi. Species autem cõmunis calidi est digestio h autez species calidi sub se continet alias tres: scilicet pepansim epsesim ⁊ optbesim. frigidi autem communis species est indigestio opposita digestiõi. He autem species sunt super dictis speciebus digestionis oppositе omothes enim opponitur pepãsi ⁊ molinsis opponitur epsesi statbesis autem opponitur optbesi. Nõ oportet autem aliquem arbitrari ꝙ nomina istaruz specierum digestionis ⁊ indigestionis de omnibus dicantur ſm vnam rationem de quibus dicuntur: quia dicũtur nõ vniuoce sed per prius ⁊ posterius ⁊ per methaphoram aliquando quia nomia illa nomina non sunt propꝛie rebus adaptata per omnia similibus ⁊ vniuocis: ⁊ ideo aliquãdo non oportet suspicari per hoc qõ predicentur de rebus ſm nomen ⁊ rationẽ: sed potius per hec nomina intelligimus talia que translatiue dictis digestionibus vel indigestionibus similes sunt.

Cap. xiij. ⁊ est digressio declarans diuisionem specierum digestionis ⁊ indigestionis.

Dubitabit fortasse aliqs qualiter neglecta ea que in loyca arte traditur cõmune genus diuiditur in species anteq̃ ipsum diffiniatur cũ diuisio generis debeat sumi sub diffinitione eius eo ꝙ omnibus diuidentibus genus aliquod generis diffinitio debeat conuenire ⁊ est magis mirabile cum naturalia ⁊ artificialia sint in generibus diuersis qualiter genera naturalia que sunt digestio ⁊ indigestio diuidantur per species artificiales digestionis ⁊ indigestionis Amplius videtur inconueniens artificiale cum naturali idem cõmune diuidere: pepansis enī naturalis digestio est: epsesis autem ⁊ optbesis sunt artificiales. Similiter autẽ ⁊ molinsis ⁊ statbesis artificiales sunt indigestiones ⁊ omothes est indigestio naturalis. Si forte aliquis soluẽs ad hoc velit dicere ꝙ ista artificialia ad naturalia referuntur: ⁊ ideo cadunt cum ipsis in eadem diuisione tunc oportet assignare primo naturalia illa ad que referuntur ⁊ tunc de artificialibus deinde facere tractatum adhuc cum artificialia imitentur naturalia: oportet ostendere in quo imitentur ⁊ sic postea artificialia inducere. Nihil autem horũ facit pbs. Adhuc autem sciendum est quare non plures quam tres digestionis species assignantur: ⁊ si forte aliquis velit dicere ꝙ digestio non potest esse nisi intra tm̃ vt pepansis vel extra tm̃ vt optbesis: vel extra ⁊ intus simul: vt epsesis videbitur inconueniens valde: qz sic epsesis optbesim sequi deberet cũ simplicior sit optbesis ꝙ epsesis ſz ea que dicta sunt. Si vo dicatur ꝙ iste species accipiuntur ſm considerationem calidi in se digerentis vel in coniunctione ad alterum ⁊ in se digerens facit pepansim in coniunctione autez ad humidũ facit epsesim ⁊ in coniunctione ad siccum facit optbesim: ad frigidum autem coniungi non potest quoniam frigidum est causa indigestionis. Uidebitur hec ratio stare non posse: quia calidum ſm se semper operatur in subiectum sibi humidum sicut supra est determinatum ergo cum humido digestionem nullam operatur sed potius in humido. Eadem est obiectio de sicco cũ ipsum sit qualitas passiua est autem non pretereunduz ꝙ h tota scientia ad libzum de animalibus vel scientiã de nutrimento videtur pertinere cum sit particulariter eius quod est animatum: vnde nihil ad nos videtur pertinere de ea in isto libro in quo inquirimus impressiones primarum qualitatum in corpore mixto ſm qõ est mixtum que sunt multuz vniuersaliores q̃ sint impressiones nutrimenti vel animati ſm quod est animatum. Nos autem sine preiudicio fere omniuz communicantium dicta Aristo. Ad hec omnia dicimus ꝙ in veritate communis digestio ante diuisionem diffiniri nõ poterat eo ꝙ non vniuoce dicitur de diuidentibus sed per prius ⁊ posterius: pepansis enim vniuersaliter intellecta maxime digestio est: ⁊ alie digestiones sunt prius ⁊ posterius dicte per relationem ad illam: epsesis enim plus habet de ratiõe digestionis q̃ optbesis sicut infra ostendemus. Nec oportet existimare ꝙ iste sint artificiales digestiones tm̃ qz sunt naturales. Sed quia actus earum in quibusdam artificialibus magis sunt manifesti sensui eo ꝙ sunt extra res ideo per exẽpla manifestantur in artificialibus ⁊ nomina sumuntur ab artibus: actus tamen digestionum ⁊ indigestionum primo ⁊ principaliter sunt in naturalibus sicut nos statim parum inferius ostendemus. Ad sciendum autem quare tres sunt digestionis species ⁊ totidem indigestionis species oppositе accipiemus dicta Halieni ⁊ Auicẽ. precipue ad duas species digestionis que sunt epsesis ⁊ optbesis manifestandas. Est ergo sciendũ ꝙ res ista magis manifesta est in homine: ⁊ ideo potius ostendemus eas primo in hoie deinde in mixtis omnibus que ſm naturam sunt mixta. Consideratio autẽ hominis in humido triplex est vt dicunt Halienus ⁊ Auicẽ. primũ enim est in generatiõe in qua p calidũ semiale dirigit humidũ seminale ⁊ maturat ⁊ formaꝫ ⁊ ad supplemẽtũ eiꝰ attrahit hũidũ mẽstrui ad ꝑfectionem forme

nẽforme ⁊ quantitatis corporis: in qua maturatione humidi seminalis solus digerit calor seminis: qui virtutem celestem habet ⁊ virtutez complexionalez corporis vnde decisum est semen ⁊ virtutẽ formatiuã ex operatione anime eius cuius fuit semen: diffunditur autem iste calor ꝑ subam humidi seminalis ꝑ vehiculũ spũs q̃ est in semine qui spiritus virtutẽ habet spiritus vitalis naturalis ⁊ aĩalis ꝓpter quas virtutes aliquãdo vocat anima seminis a phis: ⁊ qz opat cũ ordine ⁊ certitudine vocat a quibusdã intellectus vt dicit Auicẽ. ꝓpter qd̃ dicit aristo. ꝙ spũs operat in semine q̃ est intellectus. Est aũt ista digestio cõpleta qñ humidũ põt pficere tale alterz in actu quale est ipz in potẽtia ⁊ virtute formatiua ꝑ calorẽ ⁊ spm̃ q̃ sunt in ipso huius aũt digestionis nomẽ ꝓpriũ non habemus: ⁊ ideo accomodamus ipsum a fructiferis plantis ⁊ dicimus ꝙ est pepãsis. Post generationẽ aũt cõpletã res vicina est humori seminis ⁊ ideo necessario humida: ⁊ multũ humidum fuit in ipsa ꝓpter qd̃ exsiccatiuis vtuntur circa natos sapientissime obstetrices sicut salibus ⁊ balneis ⁊ huiusmodi: ⁊ ideo calor digerẽs qui est in infantib⁹ natãs in humido multo ⁊ ꝓueniẽs eis nutrimẽtũ oportet esse humidũ ⁊ in illo humido nutrimẽtali agit calor cũ humido radicali digerẽdo ⁊ cõpletũ est humidũ nutrimẽtale qñ põt vniri mẽbris: ⁊ ꝺ digestio dicit epsesis: qz in organis naturalib⁹ fit per modũ elixationis in qua calor cum humido decoquit qd̃ decoquẽdũ est. Remoto autẽ hoie magis a prima origine seminis quãdo calor multum eduxit de humido infantuli ⁊ multũ exsiccauit ipsum incipit calor digestiuus agere cũ sicco in nutrimẽtũ: ⁊ tõ his q̃ adulti sunt parant cibi duriores: qz aliter acutus calor cũ sicco agẽs cõuerteret ipsos in vapores: ⁊ in modo min⁹ debito mẽbra nutrirent ꝓcipue cũ mẽbra iaz durent ⁊ desiderẽt cibũ duriorẽ: ⁊ huius digestio est ꝑ modũ assatiõis in q̃ calor agit cũ sicco ⁊ dicit esse epthesis: qd̃ latine sonat assatio sicut epsesis elixatio interꝓtat: huiꝰ rei signũ est ꝙ corpa adultorz calidiora sunt ad tactũ: ⁊ vrine eorz magis tincte ⁊ egestiões magis dure q̃ infantiũ cũ tñ nihil sit factũ in corporib⁹ eorũ quare debeãt esse calidiora ꝟm nãm: sed potius quare deberẽt esse frigidiora: qz quãto plus distant a primo principio generationis qd̃ est calor ⁊ plus ingressũ est in corpa eorz de extraneo humido nutrimentali tanto frigidiora debebãt ꝟm nãm esse eorz corpa sup corpora infantiũ: ⁊ ideo dicũt Halienus ⁊ Auicẽ. ꝙ ẽ equalis calor in pueris ⁊ adultis: sed differt sicut calor in humido ⁊ calor in sicco equalis ꝑ essentiã ꝟ enĩ in q̃ tate in hũido maior ẽ q̃ in sicco sz i sicco maior ẽ q̃litate quia est acutior in actione: ⁊ sic calor puerorz in q̃ tate vincit calorẽ iuuenũ sed calor iuuenũ acumine sui vincit calorẽ pueror: sicut aũt ꝟ in hoie inueniunt ita inueniunt in oĩbus aĩalibus ⁊ partibus eorz ⁊ in plantis ⁊ partibus eorũ ⁊ insuper in lapidibus ⁊ minerali bus oĩbus enĩ principiũ sue generationis sicut supra docuimus habent in humido ⁊ calido ⁊ necesse ẽ ꝙ calor primo sit in humido principiante generationẽ ex quo sicut quoda cẽtro serpit attrahendo circũstans humidũ ⁊ digerẽdo ipsum in rei generate naturã que primo generata mollior est ⁊ humidior quando calor in humido eius natat: ⁊ tũc quicqd in eius generatiõe fit totũ ꝑ modũ pepãsis fit: ⁊ quicqd fit in ea qñ mollis: adhuc etiã fit per modũ epsesis. Educto autẽ humido paulatim ꝙualescit calor in sicco ⁊ operationes calozis eius sunt per modũ opthesis. Post siccũ autez paulatim ingreditur frigidum quod est causa indigestionis: ⁊ ideo vltra tres species nõ multiplicant species digestionis: qz in senectute habundat frigiditas cũ sicco ⁊ in vltima etate habundat frigiditas cuz humido frigido quod non nutrit sed tm̃ extrinsecus humefacit partes ⁊ est flegmatiue humidũ ⁊ indigestum: ex hoc iterum patet causa eius quod dicitur a phis: ꝙ omnis res mixta quattuor habet tempora. s. initiũ ⁊ augmenti ⁊ status ⁊ declinationis hec enĩ manifestantur in motibus duorum luminarium quorum motus precipue sequuntur corpora mixtorum: sol enim a principio arietis vsq; ad principiũ cancri calidus est ⁊ humidus generans ⁊ augens: a principio autez cancri vsq; ad principium libre calidus est ⁊ siccus maturans ⁊ a principio libre vsq; ad principium capricorni frigidus est ⁊ siccus faciens declinare mixta ad diminutionem: ⁊ a principio capricorni vsq; ad principium arietis frigidus est ⁊ humidus humido putrefacto ⁊ putrefaciente: luna etiaz ꝟm quod tradit ptholomeus in libro: qui dicitur alarba est calida ⁊ humida vsq; ꝙ est semiplena: ⁊ tunc dicitur esse calida ⁊ sicca vsq; ꝙ est plena: ⁊ deinde frigida ⁊ sicca donec sit semiplena secundo ⁊ vltimo frigida ⁊ humida vsq; ad coniunctionez ad solem ⁊ per hoc patet solutio ad omnia quesita: qz autem ex dictis iam patet ꝙ omnia nomina propria in genere dictarz digestionũ nõ habemus ideo dicit phs qd̃ nõ oportet ꝙ significata horum nominum propria dicta sunt in rebus sed potius talia que sunt similia eis ita ꝙ a speciebus ad generationem transferantur.

Cap. xiiij. de diffinitione in genere ⁊ explanatione diffinitionis eius.

Sumentes ergo diffiniamus singula istorum generum ⁊ specierum. Est ergo digestio cõpletio a naturali ⁊ ꝓprio calore facta ex passionibus contraiacentibus humorum: que sunt propria materia singularum materierum corporum mixtorum. In hac quidem diffinitione completio est vt genus ⁊ causa efficiẽs importatur per hoc quod diximus a naturali proprio calore qui dicitur quidem naturalis: qz est vniuscuiusq; nature instrumentum mouens ⁊ alterans humidum in virtute nature illius sicut iaz sepius diximus: proprius autem dicitur ex proportione singulari quam habet ad humidum ꝟm subiectum in propria rei mixtione. Passiones autẽ contraiacentes sunt que mixti corporis contra iacent: quia sunt dissimiles in humido: ⁊ ideo ex ipsis mouet calor naturalis humidũ: ⁊ ideo licet humidum non sit contrarium calori inquantum humidum tamen inquantum est in qualitatibus dissimilitudinis que sunt contraiacentes habet oppositionem ad hunc calorem inquantum est naturalis ⁊ sic indiget actione calidi ⁊ complexione que fit per calorem. Quotiens enim siue quot modis humidum digeritur ꝟz omnes dictas species digestionis totiens ⁊ tot modis completur ad formam mixti suscipiendã: ⁊ principium huius completionis accidit a calore proprio ⁊ naturali quãuis adminiculum aliquando accipiatur per aliquod extrinsecum simul cuz calore naturali completiuum digestionis sicut cibi digestio iuuatur per balneum ⁊ per moderatum motum ⁊ per huiusmodi ⁊ similia: sed in omnibus his principium est caliditas naturalis q̃ est essentialiter in ipso mixto. Licet enim taliter adminiculantia excitent calorez naturalem ⁊ acuant ipsum tamen non dant ei speciem ⁊ ꝓportionẽ q̃ mouet sz potiꝰ eũ mouẽt cũ ipo iuuantia digestiõez: spẽz hãc accipiũt ab ipo: qz alit nõ mouẽt

naturaliter ad nature mixti cõplementuz. Dicitur aũt in oĩbus pĥicis id esse pr̃incipiũ mouẽs qõ ꝓpr̃ia specie mouet ⁊ cuius specie mouet scõm mouẽs: ⁊ iõ patet in oĩbus talib⁹ ꝙ pr̃incipiũ mouens est calor nãlis inq̃tũ est nãlis: finis aũt cõpletiõis huius mot⁹ est nã ſm spẽm ꝓsiderata ꝑ quã spẽs vtile est ⁊ digestũ dicim⁹ hz esse pĥicũ in tpib⁹ mixti. Nos aũt hoc vocamus nãm spẽm rei ⁊ ſubam: spẽs enĩ dat esse ⁊ ſuba est qõ est in actu essendi ꝑ formã ⁊ hoc veriſſime finis est digestionis in pepãſi. Qm̃ ſicut dixim⁹ ibi hũidũ semina le dirigit ad formã ⁊ est in fine cõplemẽti qñ tale alterũ ſm formã ⁊ ſubam põt pficere quale est ipm̃ in virtute formatũ. In alĳs aũt digestiõib⁹ nõ idẽ est finis siue exterius ſiue interius ſumant. In illis enĩ finis completiõis est ad hoc qõ ſit alimẽtũ cõueniẽs ad alẽdũ ⁊ hoc est totiẽs ⁊ tot modis quotiens ⁊ quot modis fit tale ⁊ tm̃ ꝓportionaliter humidũ ⁊ tã ꝓportionaliter aſſum vel elixũ: vel ſi est opatio caloris ſup humiduz qõ educi debet vt ſit tã ꝓportionaliter putrefactũ ſiue alio quocũq; modo alterat ꝑ calorẽ quãtũ ſufficit nature mixti corporis cui pr̃eparat humidum tũc enĩ est vtile ⁊ tunc dicitur esse digestum.

Cap̃. xv. qualiter in diuersis diuersimode dicta ẽ digestio ⁊ q̃ eadẽ ſunt ſigna digestiõis ⁊ indigestiõis.

